100 ¶ Cum declaratũ est q̃ aĩaliuz quedã sentiũt odorẽ sine inspiratõe: ꝛ quedã cuz inspiratõe: visum est q̃ cã in hoc est q̃ iste sensus in hominib⁹ ꝛ in aĩalib⁹ anhelãtibus differt in creatione: ꝛ in forma a se in alijs aĩalibus nõ anhelãtibus. Quẽadmodũ. n. oculi in hoĩe ꝛ in alijs dr̃nt in creatõe ab oculis aĩaliuz duri oculi. ſ. carentiuz palpebris. ¶ Et cum narrauit cõsimilitudinẽ inter ea in hac intentõe ꝛ dit modũ cõsimilitudinis. ꝛ. d. ist enizz hñt coopertoria ꝛc. i. ꝛ sicut oculi in hoĩe ꝛ in alijs hñt palpebras quib⁹ cooperiunt: ꝛ est ĩpossibile vt hõ videat quousq̃ aperiat palpebras: ꝛ aĩalia duri oculi non hñt palpebras sed vident subito colores factos in diaphano sine aliquo coopertorio. Ita videt q̃ dispositio sensus olfatus in animalib⁹ anhelantibus differt a se in nõ anhelantib⁹. In anhelantib⁹ enim hz coopertoriuz in nõ anhelãtibus aũt nõ hz coopertoriũ: ꝛ sic aĩalia anhelãtia indiget apud olfatuz anhelãtu ad aperiẽduz vias clausas olfatus: per quas impossibile est vt olfaciant anteq̃ aperiantur. Quẽadmoduz impossibile est vt animalia boni visus videant quousq̃ palpebre aperiant: sed aĩalia nõ anhelantia nõ indigent hoc: ꝛ ista erit cã pp quã aĩalia anhelantia nõ olfaciũt in aqua. ¶ Sed est questio in hoc qõ. d. Animalia enizz duri oculi sunt debilioris visus alijs animalib⁹. sed animalia multa nõ anhelantia videnk fortioris odoratus homine: ꝛ oporteret si palpebre in oculis essent: sicut nasus in aĩalibus anhelãtibus: vt animalia anhelantia essent verioris olfatus q̃ non anhelãtia. ¶ Et ideo perscrutãduz est vtruz nasus in animalib⁹ olfaciẽtibus per nasum fit pp melius: sicut palpebre sunt in aĩalib⁹ habẽtib⁹ palpebras: aut pp necessitatez. Si igitur est pp necessitatẽ: nõ opz vt anhelãtia sint verioris olfatus q̃ nõ anhelantia. Si ãt ppter meli⁹: erit ecõuerso. ¶ Sed per hoc qõ. d. ampliant vene ꝛ vie. demõstrat q̃ hoc est pp necessitatẽ: nõ pp melius: ꝛ q̃ animalia duri oculi nõ assimilãtur olfaciẽtibus sine inspiratõe nisi ꝑm diuersitatez creationis tantũ: non q̃ iuuamẽtuz palpebrarũ est de modo iuuamẽti inspiratõis. ¶ Deinde. d. ꝛ odor est sicci sicut sapor humidi. i. ꝛ odor attribuit abundantie partis sicce ĩ odorabili: sicut sapor attribuitur abundantie partis humide in gustabili. Et hoc declarabitur in libro de sensu ꝛ sensato. Deinde. d. ꝛ olfaciens est illud qõ est istius dispositionis. i. ꝛ cum declaratuz est quid sit odor ꝛ quõ comprehenditur per sensum: tunc sensus olfatus est illud quod innatum est recipere odores.

Bubium.

Oppositum 2. physi. 82. 88. a casu esset.

Solo.

¶ Tractatus Octauus. Cap. I.

Ustabile aũt est qõdaz tãgibile: ꝛ hec causa quare non fit sensibile p mediũ extraneũ existens corpus. Neq̃ enĩ tactus ꝛ corpus in quo est humor qõ est qd gustabile/est in humido sicut in materia. Hoc aũt est qddã tãgibile. Unde ꝛ si in aqua essemus sentirem⁹ vtiq̃ apposituz dulce. Non aũt esset nobis tunc sensus p mediuz. Sed in eo qõ miscet humido sicut in potu. Color aũt nõ fic vr̃ in eo qõ miscet: neq̃ de fluxionibus.

Si i aq̃ eẽ/mus sentire mus vtiq̃ appositum dulce. nõ ãt eẽt nobis tẽ p mediũ sensus ꝛc.

¶ Gustus autem est aliquis tactus. Et est illud qõ est in potentia istius dispositionis non per medium quod fit corpus extraneum. Tactus enim etiam non est sic. Et corp⁹ in quo est sapor gustus in eo est humiditate: sicut res in materia. Et hoc ẽ aliqd tãgibile. Et iõ si nos fuerim⁹ in aqua/ꝛ in aqua fuerit aliqd dulce: sentiemus nõ per mediuz: sed admiscẽdo: se cuz humido: sicut est de vino. Color autẽ non videtur eoq̃ admiscetur: neq̃ quia aliquid currit ab eo.

Cum cõpleuit sermonẽ de olfatu: ꝛ sensus gustus est illud qõ dz cõsequi numerũ ꝑm ordinẽ qui incepit a meliori ꝛ pcedit ad magis necessariũ: incepit loqui de eo ꝛ declarare q̃ est aliquis tactus: ꝛ q̃ pp hoc nõ indiget cõprehendere suũ sensibile per mediuz qõ sit corpus extraneũ: sed per medium qõ fit pars aĩalis. ¶ Et. d. Gustus aũt est aliquis tactus. ꝛ hoc nõ est in potẽtia alicuius dispositionis per mediũ qõ fit corpus extraneũ: tactus enim est ẽt sic. i. ꝛ iste sensus nõ est illud qõ est in potẽtia istius dispõnis p mediũ qõ est corp⁹ exneũ: sed p mediũ qõ est corp⁹ nõ exneũ. B. d. tactus. n. ẽt nõ est sic. i. tact⁹. n. ẽt cõprehẽdit suũ sensibile nõ per mediuz qõ est corp⁹ exneũ: sicut est de sensib⁹ trib⁹ pdictis. ¶ Et q̃si inducit istuz sermonẽ pro rõne q̃ gust⁹ ẽ aliqs tact⁹. ꝛ. q. d. gust⁹ aũt ẽ aliqs tact⁹ cũ cõprehẽdat suũ sensibile nõ p mediuz qõ sit corp⁹ exneũ sicut tactus. ꝛ hoc est manifestũ in scõa trãslatiõe vbi dicit. sensus aũt gustus cõprehẽdit per tactuz. ¶ Et cã illius est q̃ sensibile per gustũ nõ cõprehẽditur p mediũ inter gustans ꝛ gustatuz: qõ est corpus exneum: neq̃ ẽt tactus ita cõprehenditur.

101 Uide p hoc j. cõ. 115. Uide. j. 113. vbi indigentia medij extrinseci non est de necessitate tact⁹. sed tangibilium.

¶ B. d. corpus in quo est sapor ꝛc. i. ꝛ alio modo dicim⁹ ẽt q̃ iste sensus est aliqs tact⁹. Corp⁹. n. in quo existit sapor nõ ẽ gustabile nisi ꝑz

q̃ ille sapor existit in eo humore: cuius ꝓportio ad illum saporẽ est sicut materie ad formã: ⁊ ideo iste sensus nõ cõprehẽdit saporẽ nisi cõprehendat humorẽ: cum sit impossibile ꝟ denudet ab eo. Et cõprehẽdere humorẽ est aliquid tangere. vnde iste sensus videt aliqs tactus. ¶ Deinde. d. ⁊ ideo si nos fuerim⁹ in aqua ꝛc. i. ⁊ q̃ gustus nõ indiget medio extraneo: ideo cũ nos fuerim⁹ in aqua in quã inuenitur aliqd̃ dulce sentiet a nobis admiscẽdo se cuz aqua: nõ q̃ recipit saporẽ abstractuz a mã: ⁊ reddit eum isti sensui. sicut est de medijs extrancis que reddũt sensibilia sensib⁹. Illa enim nõ recipiunt sensibilia cuz corporibus in quib⁹ existunt: sed abstracta a materia. ¶ Et hoc demõstrat q̃ ipse opinat q̃ odor nõ est corpus: si enim eẽt corpus: olfatus esset aliquis tactus. ¶ Deinde. d. color aũt nõ videt ꝛc. i. color aũt non videt ita q̃ aliquid ex eo admisceat cũ aqua aut aere: neq̃ q̃ aliquid currat ab eo in aerẽ aut aquã: sed tm̃ recipiunt ab eo intentionẽ coloris abstractã a mã. Unde dicim⁹ in hoc ⁊ similibus q̃ cõprehendunt per mediũ extrancum.

Rsir oboni

Media extrinseca nõ recipiũt sensibilia cum corpib⁹ in qb⁹ existũt. Idez. 8. cõ. 76. ⁊. 97. Cõmẽ. ⁊ tra Auic.

¶ Ut qdẽ igit mediũ nihil est. Et aũt color visibile: sic gustabile humor. ℣ Nihil autẽ facit humoris sensum sine humiditate: sed hz actu aut potẽtia humiditatẽ vt salsuz. Bene. n. liquidũ ipsuz est: ⁊ liq̃factiuũ lingue.

Nihil facit hũoris sensus sine humiditate.

¶ Scõm aũt hunc modũ medium nõ est mediũ. Sed quẽadmodum color est visibile: sic sapor est gustabile. ℣ Et nihil recipit sensuz gustus absq̃ humiditate: sz in eo in actu aut potẽtia hũiditas. U. g. salsuz. Est. n. velocis dissolutiõis: ⁊ cũ hoc dissoluit linguam.

102 ¶ Iste aũt sensus differt a sensibus/ qui cõprehendunt per mediuz extraneũ in hoc q̃ non comprehẽdit suũ sensibile per mediuz. Sed quẽadmoduz color est visibile: ⁊ in rei veritate ꝓpriuz visu: ita sapor in rei veritate esse gustabile ꝓprium gustui.

2 ¶ D. d. ⁊ nihil recipit sensuz saporis ꝛc. i. ⁊ nihil recipit sensuz saporis q̃ dr̃ gust⁹ nisi sapor sit in humore: ⁊ humor est in saporoso: aut in actu: aut in potẽtia. U. g. salsuz qd̃ est hũidũ in potẽtia ꝓpinqua cũ velociter dissoluit ⁊ dissoluit humores, qui sunt in lingua. Et iõ preparauit natura saliuam in ore: ⁊ preparauit branchos in homine ad congregandum istam humiditatem: vt ea mediante gustentur sicca. vnde dicimus q̃ saapor non est sapor in actu: nũ in corpore humido in actu.

Propter qd nõ ꝓparauit saliuã in ore.

¶ Sicut aũt visus visibilis est: ⁊ inuisibilis: tenebre aũt inuisibiles: iudicat aũt ⁊ ipsas visus. Adhuc aũt ⁊ valde splendidi est: etenim hoc inuisibiles: alio aũt modo a tenebris. Similiter autez ⁊ auditus sonicq̃ ⁊ silentij: quorũ aliud audibile: aliud nõ audibile: ⁊ magni soni: sicut visus est splendidi. Sicut enim paruus sonus inaudibilis quodãmodo: sic ⁊ magnus ⁊ violẽtus. Inuisibile autẽ aliud quidez oino dicit̃ sicut ⁊ in alijs impossibile: aliud autẽ quãuis aptum natuz nõ hz aut praue: sicut qd̃ sine pedibus: ⁊ sine gradu dicit̃. Sic autez gustus gustabilis q̃dez ⁊ nõ gustabilis: hoc aũt est paruũ aut paruũ hñs humorẽ: aut corruptiuuz gustus. Videt autẽ principiuz esse potabile ⁊ non potabile: gust⁹ enim quidem ambo. Sed hoc quidẽ vt paruũ ⁊ corruptiuũ gustus, illud autẽ ꝓm naturã. Est autẽ cõmune tactus: ⁊ gustus potabile.

¶ Et sicut visus est rei visibilis ⁊ nõ visibilis: nam obscuritas est nõ visibilis: ⁊ etiã distiguet a visu. Et est ẽt manifestũ in eo q̃ est valde fulgens ⁊ splẽdẽs: hoc. n. quoquo modo est nõ visibile: sed tamen alio modo ab obscuritate. Et similiter auditus est soni ⁊ silentij quoꝝ vnum est audibile: ⁊ aliud non audibile: ⁊ est maximi soni: sicut visus est resplendentis. Quẽadmodũ enim minimus sonus est non audibilis: ita aliquo modo est maximus sonus etiã. Et nõ visibile quidez dicit̃ sicut/ uersaliter: sicut in omnibus carẽtibus hoc. Et quoddaz est innatum videre: sed non hz: aut hz: sed diminute: vt carens pede. Et similiter gustus est gustabilis ⁊ non gustabilis: ⁊ hoc est cuius sapor est debilis aut malus: aut corrũpens gustum. Et similiter existimat de potabili ⁊ nõ potabili. Sunt. n. gustus quoquo mõ: sz illud malum corrũpens gustum: ⁊ illud naturale. Et potabile est cõmune tacui ⁊ gustui.

¶ B. sermo eius in hoc capto est manifestus: ⁊ abbreuiatio eius est q̃ nõ sensibile dicit̃ in vnoquoq̃ sensuũ tribus modis: aut de eo qd̃ caret sensato ꝓpto illi sensui de eis sensatis que ipatus est habere: aut de eo qd̃ est sensibile intensum in se respectu illius sensus: aut de eo qd̃ est sensibile debile. ¶ U. g. obscuritas que est nõ sensibile ꝓm priuationẽ in visu: ⁊ color splendens qui est nõ sensibilis pp intẽsionem: ⁊ color latẽs qui est nõ sensibilis pp debilitatẽ. Et in auditu silentiũ ꝓm priuationẽ: ⁊ maxim⁹ sonus ꝓm intẽsionẽ: ⁊ sonus latens ꝓm debilitatẽ. Et in gustu insipidũ ꝓm ꝓuatõez: ⁊ horribile ꝓm malitiã: ⁊ õbile ꝓz diminutõez. Oia. n. ista dr̃ nõ sensibilia: qm̃ vnũqd̃q̃ istoꝝ est ꝓuatio alicui⁹ dispõnis nãliter sensibilis illi⁹ sensus. 103

2 ¶ Deinde.d.ꝛ si visibile quidez dr ꝛc.i.ꝛ nõ visibile dr vlr sicut dr in alijs sensib⁹ multis modis: aut qꝛ nõ est inatuz videri oino: vt dicimus ꝙ tenebra est inuisibilis: aut qꝛ est inatus videri: sed non vr: qꝛ hz colorẽ: sed alio mõ ab eo ꝓm quẽ inatuz est habere. s. aut pp intentionẽ aut pp debilitatez hoc dr non visibile. sicut dr in eo qui est debilis pedis ꝙ nõ hz pedẽ. ¶ B.d.ꝛ potabile est cõe tactui ꝛ gustui i.ꝙ ꝓm hũiditatẽ q̃ est in eo est tãgibile: ꝛ ꝓm sapore est gustabile.

Lõsilez dictõez hẽs de infinito 3.phy.34.ꝛ 3.in hoc.2. 120. Idẽ.s. 96. Idẽ.5. met.27.ꝛ.17 Psile 8 imobili.5.phy. cõ.ꝛ.t.20.

¶ Qm aũt humidũ qdez est gustabile: necesse est sensitiuũ ipsius/ neqꝫ humidũ esse actu: neqꝫ ipossibile fieri humiduz. ¶ Patẽt enim gustus aliqd a gustabili ꝓm ꝙ gustabile est. Necẽriũ est ergo humectatũ fore qõ pore humectari saluatũ: nõ humiduz aũt gustatiuũ sensitiuũ.

¶ Signũ aũt neqꝫ siccã exũtez linguã sentire: neqꝫ multum humidaz. Nic.n.tact⁹ fit primi hũidi: sicut eũ aliqs qui ante gustauit fortez humorez gustet alterũ. Et vt laborantibus amara omnia videtur: ꝓpter id qõ lingua plena hmõi humiditate sentiunt.

¶ Et qꝛ: gustabile est humidũ: fuit necesse vt suus sensus nõ esset humidus in pfectiõe: neqꝫ ipore vt humefiat. ¶ Gust⁹ eiz quoquo mõ patẽt a gustabili ꝓm ꝙ est gustabile. Unde necesse est vt humefiat illud qõ pore est vt humefiat ꝛ est saluatũ: sed nõ est humiduz sensus gustus. ¶ Et signũ eius est ꝙ lingua nõ sentit cuz fuerit valde sicca: aut valde humida. Tactus.n.ipse erit p primũ humorẽ: sicut q prĩ⁹ gustauit saporẽ fortẽ: deinde gustauit aliuz saporẽ. Et sicut egroti sentũt oia amara: qꝛ sentũt ea p linguã submersaz in tali humore.

Propter qd egrotãti b⁹ oia amara videnť.

104 ¶ Cum declarauit ea que sunt cõmunia isti sensui ꝛ sensui tactus ꝛ alijs sensib⁹ incepit dicere quodã ꝓpriuz mẽbro istius sensus. s. linguе. ¶ Et.d.ꝛ qꝛ gustabile est humidũ ꝛc.i.ꝛ qꝛ mã saporis est humorem recipiat homorẽ cũ sapore. Unde necesse est vt iste sensus nõ sit humidus in actu: neqꝫ sit ẽt impore vt recipiat humorẽ cũ sit inatus recipere saporẽ: qõ est impore sine receptiõe humoris: ꝛ.d.ꝙ est necesse vt sit non humidus in actu: qꝛ illud quod est aliquid in actu nõ ẽ inatũ recipe illud qõ est in eo in actu ꝓm ꝙ est in eo in actu. Uisus enim si haberet aliquez colorẽ in actu nõ reciperet colores.

Illud qõ ẽ aliqd i actu nõ ẽ in actũ recipe illud qõ est in eo in actu ꝓz ꝙ

2 ¶ B.d.gustus.n.patẽt quoquo mõ ꝛc.i.ꝛ est necesse vt iste sensus sit inatus humefieri. mẽbrum enim gustans patitur quoquo modo a gustabili: ꝛ qꝛ gustus semper associatur humidũ: necesse est vt gustãs patiat ab humore qui est in sapore. Unde necesse est vt hoc mẽbrum

gustans sit in ea disponẽ qua possibile est vt humefiat: ꝛ hoc erit vt nõ sit humidũ in se: ꝛ sit cũ hoc saluatum ab accidentibus. ꝛ hoc ierẽdebat cũ.d. vnde necẽ est vt humefiat ꝛc.i.ꝛ qꝛ necesse est vt hoc mẽbrũ humefiat/ necesse est vt sit innatũ humefieri: scilicet vt sit saluatuz a siccitate intensa: ꝛ vt non sit humiduz.

¶ B.d.ꝛ signũ eiꝰ est ꝙ lingua ꝛc.i.ꝛ signũ eiꝰ ꝙ lingua apõ ꝓprietẽ sionẽ sapoꝫ dz saluari ab intẽsa siccitate ꝛ oẽio hũoris est ꝙ ipsa nõ sentit sapores qñ fuerit intẽse siccitatis: aut intẽse humiditatis: iz tãtũ sentit cũ fuerit in natural dispositiõe ꝓm quã innata est recipere humiditatẽ saporis. ¶ B.d.tactus enim ipse ꝛc.i.ꝛ cuz lingua innata est recipere saporẽ cũ eius humiditate: necesse est vt super ipsuz non dominetur alia humiditas. Prima enim humiditas dominãs in lingua ipediet eã in recipiẽdo scõam humiditatẽ: quẽadmodũ qui gustauerit aliquẽ saporẽ fortẽ: ꝛ postea gustauerit aliũ saporẽ: tunc eũ nõ sentiet scõm saporẽ pp dominiũ primi super linguã. ¶ B.d.ꝛ sicut firmi sentiũt oẽs sapores amaros qꝛ sentiũt eos per linguã submersaz in humore amaro. ita eũ qui gustauerit aliquẽ saporẽ: ꝛ sua lingua fuerit humefacta in humore accidẽtali tũc nõ cõprehẽdet humorẽ saporis ꝓprij nisi admixtũ cũ q̃litate illius primi humoris: ꝛ sic accidet nẽcio vt nõ cõprehẽdat saporẽ: qꝛ nõ cõprehẽdit nãm saporis in dispositione illa ꝓm quã est mã illius sãporis.

3

¶ Species aũt humoꝫ sicut ꝛ in coloribus: simplices quidẽ ꝗrie sunt: vt dulce ꝛ amarũ. Habite aũt sunt cum hac quidẽ pingue: cũ illa vero salitũ. Media aũt horuz acre/ ꝛ austeꝫ/ ꝛ ponticuz/ ꝛ acutum. Fere enim he videntur esse humoꝫ differẽtie. Quare gustatiuũ potentia est hmõi: gustabile aũt est factiuũ actu huius.

¶ Et modi saporꝫ sunt sicut in coloribꝰ: simplices quidez sunt ꝗrij: dulcis ꝛ amarus. Sequẽtes aũt sunt duo istũ vnctuosum: illũ aũt salsum. Et que sunt iter ea sunt acutus/ ꝛ stipticus/ ꝛ ponticus/ ꝛ acetosus. Isti enim modi fere videnť esse modi saporuz. Unde necesse est vt gustans sit illud qõ est in potentia istius dispositionis: ꝛ gustabile sit agens.

¶ Et dispositio modorũ saporũ adinuicẽ est sicut dispositio colorũ adinuicẽ: quẽadmodũ igit colores simplices sunt albus ꝛ niger ex quibus cõponunť alij: quorum quidam sunt propinquiores simplicibus: ita est ꝛ saporibus. s. ꝙ simplices eorum sunt cõtrarij scilicet dulcis ꝛ amarus: ꝛ sequitur dulcem vnctuosus: ꝛ salsus amarum. ꝛ interistos sunt acutus ꝛ stipticus: ꝛ acetosus. ¶ Et hoc qõ.d. in coloribus. manifestũ est. In saporibus vero habet questionem. Galenus enim opinatur ꝙ ponticus ꝛ acetosus frigidi sunt: ꝛ ꝙ acutus est calidior amaro. ¶ Et si nos concesserimus ꝙ isti sapores consequuntur calorem ꝛ frigus: necesse est ꝙ contrarietas in istis sit

105

Bigressio.

est in eo in actu. Idem s.67. idẽ.3. ꝛ a ia.c.4. idẽ p ca.de Ba or. idem p phy.69.

in illo qō est vltimo calidū: ⁊ in illo qō est vltimo frigidū: ⁊ si pcesse rimus ꝙ ita est ꝛ saporibus sicut est ꝛ coloribꝰ. s. idē color: sit a calidate vel a frigiditate: tunc non accidet impossibile. ¶ Et videtur ꝙ hec opinio Galeni sit error. Videmus enī ꝙ amaritudo quādoq; inuenitur cuz frigiditate. V. g. ꝙ amaritudo que est in fructibus in primo cremento ꝛemonstrat frigus. Et amaritudo que est in rebus cōbustis ꝛemonstrat calorem: ⁊ sīlr non est impossibile vt aliqua dulcedo sit frigida. Videt enim ꝙ plante amari saporis apud cōplemē tum sunt dulces aut insipide in principio. ¶ Et signū eius ꝙ isti sapores sunt medij est ꝙ plante habentes sapores non transferunt ex amaritudine ad dulcedinē in eis que innate sunt esse dulces in fine nisi mediante aliquo illorū saporū. ⁊ hoc erit ꝓm ꝙ pertinet illi amaro existenti in illa planta: ⁊ illi dulci existenti in ea. Quēadmodum albedo non trāsfertur ad nigredinem vel ecōuerso nisi mediāte aliquo colorum mediorꝫ. In aliquo igitur trāsfertur mediāte charopo: ⁊ in aliquo mediante kiano. Non enī est necesse vt trāslatio in extremis sit super oīa media. ¶ a Et vniuersaliter per se manifestuz est ꝙ amarum ⁊ dulce sunt in fine cōtrarietatis inquātuz sunt sapores. Quapropter necesse est vt alij sapores sint medij inter hos duos: ⁊ compositi ex extremis. Secundum hoc igitur ꝛebemus ponere hoc. b ¶ Et non ꝛebemus aduertere sermonē Galeni. Suus enīz sermo non est verus in complexionibus saporuz ꝓm suas naturas: ⁊ si concesserimus ꝙ omne dulce est calidum: ⁊ omne amarum etiam est calidum ꝛebemus etiam dicere ꝙ hoc non est nisi respectu corporis hominis non respectu nature ipsius rei: experientia enim licet testetur hoc in corpore humano: tamen hoc non ꝛemonstrat naturā ipsorum saporum. ¶ Et vr̄ ꝙ sapor magis sequitur humiditatez ⁊ siccitatem ꝗ calidītatē ⁊ frigiditatē. Necesse est enim aliquā opinari cōplexionem terminari ex qua fit amaritudo: ⁊ aliaz ex qua dulcedo: ⁊ ꝙ iste due cōplexiones sunt cōtrarie ꝓm hunc modum: ⁊ locus de hac perscrutatione est in libro ꝛ sensu ⁊ sensato: ⁊ etiam ꝛ numero modorum saporum. ¶ Deinde. d. quapropter necesse est vt gustans sit illud ꝛc. i. ꝛclaratuz est ex predictis ꝙ iste sensus est illud qō est in potentia oēs isti sapores: ⁊ ꝙ sapor ⁊ gustus est agens ⁊ mouens istum sensum ꝛ potentia in actu.

Prīa rō cōtra Galenū

Scēa rō.

Nō ē neciū vt trāslatio ī extrēis sit sup oīa media. Jdē. 3. celi. 41.

a Tertia rō

b Quarta ratio.

Quinta rō

¶ Tractatus Nonus. Cap. I.

E tangibili aūt ⁊ tactu eadē rō. Si enim tactus nō est vnus sensus/ sed plures: necessariuz est ⁊ ⁊ tāgibilia sensibilia plura esse. Habet autem dubitationē vtrū plures sint aut vnus.

¶ De tangibili autez ⁊ de tactu idē est sermo. Tactus enī si non fuerit vnum genus/ ꝫ plus: necesse vt tangibilia etiā sint plura vno. Sed est dubium vtrum sint vnum aut plura.

¶ Modo vult loqui ꝛ tactu: ⁊. d. ꝛ tāgibili aūt ⁊ ꝛ tactu ⁊c. i. vtrū aūt tāgibile sit vnū aut plura vno est dubiū sicut est ꝛ tactu: ⁊ sermo in eis est idē: ⁊ innuit ꝓr hoc causaz pp quā latet hoc in hoc sensu ⁊ nō latet ī aliis sensib⁹. De illis. n. qz manifestū fuit ꝙ sensibile eoz est vnū in gne: fuit etiā manifestū eos esse vnuz in gne. in hoc sensu aūt qz ignoratū est ꝛ suis sensibilibus: fuit etiam ignoratū ꝛ sensu. ¶ B. d. tactus. n. si non fuerit vnum genus ⁊c. i. sermo ꝛ eis in hac intētione idē est. Notū est enī nobis ꝙ si tactus nō est vnuz genus: sed plura vno: neče est ꝙ tāgibilia sint plura vno. ⁊ si tāgibilia sint plura vno: neče est vt iste sensus sit plus vno: sed ꝫ cōsecutio in istis duob⁹ syllis sit manifesta: tū ꝛ structio vel positio in eo est ignorata. 106

¶ Et quid est sensitiuū tangibilis vtruz caro: ⁊ in aliis ꝓportionale: aut non: ꝫ hoc qdē est medīū. Primū aūt sensitiuū aliud quidem est intus. ¶ Oīs etenīz sensus vnius ḣrietatis esse vr̄: vt visus albi ⁊ nigri: audit⁹ grauis ⁊ acuti: gustus amari ⁊ dulcis. Jn tāgibili aūt multe insunt ḣrietates: ⁊ calidū frigidū: humidū ⁊ siccum: durum ⁊ molle: ⁊ alioꝛ quecūqz sunt hmōi.

Oēs sensus videnť esse vni⁹ cōtrarietatis.

¶ Sensus aūt tactus vtrū est in carne: aut in alio simili aut non: sed ista est medīū. Primū aūt sentiēs est aliud intrīecū. ¶ Oīs enī sensus existimat esse eiusdē cōtrarietatis. V. g. visus albi ⁊ nigri: ⁊ auditus grauis ⁊ acuti: ⁊ gustus dulcis ⁊ amari. Jn tāgibilibus āt sunt plura ḣria: calidū ⁊ frigidū: ⁊ siccum ⁊ humidū: ⁊ durum ⁊ molle: ⁊ asperum ⁊ lene: ⁊ alia similia.

¶ Cū narrauit ꝙ dubiū est vtrū sensus tactus sit eiusdē ȳtutis aut plures: incepit dicere sermones dubitabiles in hoc. ¶ Et. d. sensus aūt tactus ⁊c. i. ⁊ principiū cōsideratiōis in hoc est: vtruz sensus tactus sit in carne aut in sili carni in aīalibus carētib⁹ carne: aut sensus tactus nō est in carne: ꝫ caro est q̄si medīū. ¶ Et dixit hoc: qz si fuerit ꝛclaratū ꝙ sensus tact⁹ est in carne: ita ꝙ ꝓportio carnis ad ipm̄ sit sicut ꝓportio oculi ad visum: manifestū est ꝙ sensus tactus est vna virtus: qm̄ vnū instrm̄ nō est nisi vnius virtutis. Si aūt fuerit ꝛclaratū ꝙ ista virtus fuerit plures vna: necesse est vt caro non sit nisi medium: ⁊ vt non sit quasi instrumentum. 107

Si ꝓportio carnis ad tactū sit sicē ꝓportio oculi ad visum manifestuz est ꝙ sensus tactus sit vna ȳtus.

¶ Et cum narrauit hoc: incepit inducere sermones dubitabiles: ⁊ incepit ab eis que ꝛemonstrant virtutem tactus esse plurem vna: qz post inducet ea que ꝛemonstrant ipsam esse vnam: ex hoc qō apparet ꝙ cum sensibile fuerit positū super carnem statiz sentiet: ex quo existimatur ꝙ ista virtus est vna: ⁊ dixit: sed ista est medium ⁊c. i. vtrum sensus tactus est in carne: ita ꝙ sit vna virtus: aut non est in 2

carne sed intra: ⁊ est plus q̄ vna virtus est dubium. potest enim aliq̄ quis dicere q̄ caro est medium: ⁊ p̄mū sentiēs qd est instrm̄ istius virtutis est aliquid intrinsecū: ⁊ q̄ est plus q̄ vnum instrm̄. ⁊ signuz eius est: q: manifestū est q̄ idem sensus non cōprehendit nisi vnam cōtrarietatem: ⁊ eius media: visus enim cōprehendit album ⁊ nigrū ⁊ media: ⁊ auditus graue ⁊ acutum ⁊ media: ⁊ gustus dulce ⁊ amaram ⁊ media. Tactus aūt multa contraria. U.g. calidū ⁊ frigidū: ⁊ humidū ⁊ siccum: ⁊ asperuz ⁊ mollem ⁊ alia contraria. Unde necesse est vt ista virtus sit plures vna: ⁊ q̄ caro sic quasi mediuz. ¶ Et hoc qd dixit manifestum est: quoniam si vna virtus est que cōprehendit vnam cōtrarietatem: contingit oppositum conuerti cum opposito: scilicet vt que non comprehendit vnam contrarietatem sed plures non sit vna virtus.

Bocumētū. Pro ꝗ vide 2. poz. c. 11 ⁊ 4. topic. ca. 5.

¶ Habet aūt solutionē quandā ad hāc dubitationē: ⁊ q̄ in alijs sensibus sunt ꝯrietates plures: vt ī voce nō solū acumen ⁊ grauitas: ſz magnitudo: ⁊ paruitas/ ⁊ lenitas ⁊ asperitas vocis ⁊ similia alia. Sūt aūt ⁊ circa colorez dr̄te huiusmodi altere. Sz q̄ fit vnū subiectū sicut auditui sonus sic tactui: nō manifestū est.

¶ Sed est hic aliquid per qd dissoluit ista questio. In alijs em̄ sensib⁹ sunt modi ꝯrietatis plures vno. U.g. in sono cū acuto ⁊ graui est magnū ⁊ paruū: ⁊ sonus lenis ⁊ asper: ⁊ alia similia. Et in colore etiaz sunt alij similes istis. Sed tū non est manifestū quid est illud vnū subiectum: sicut est sonus auditus: sic tactus.

108 ¶ Cum dedit sermonē facientem credere q̄ sensus tactus sit plus vno dēdit alium sermonē quasi dubitationē super hunc sermonem. ¶ Et dixit. sed est aliquis ⁊c. i. potest aliquis dicere aliquid esse per qd dissoluitur iste sermo per quem pbatur q̄ sensus tactus est plus vno: ⁊ q̄ in alijs sensibus etiam sunt modi cōtrarietatis plures vno. U.g. q̄ auditus comprehendit graue ⁊ acutum: ⁊ magnū ⁊ paruuz: ⁊ lene ⁊ asperū. ⁊ sic̄r visus cōprehendit multa album ⁊ nigrum: ⁊ splendens: ⁊ non splēdens: quapropter non est necesse ex hoc q̄ tactus cōprehendit plus vna vt sit plures: ⁊ q̄ caro sit quasi mediū.

2 ¶ Et cum dedit hāc dubitationē super sermonē pbantez q̄ iste sensus est plus vno: incepit excitare modū debilitatis eius ⁊ dixit: sed non est manifestum ⁊c. i. sed iste sermo non sequit quoniā si magna cōtrarietas que est in tactu sit similis cōtrarietati existenti in vno/ quoq̄ sensu necesse est vt subiectuz modoꝯ cōtrarietatis que est in tactu sit vnum: sicut est in visu ⁊ in auditu. Sonus enim est subiectū illoꝯ cōtrarioꝯ predictoꝯ: ⁊ similiter color est subiectū modoꝯ cōtrarietatis cōprehensibilium per visum. Sed non est manifestum quid est vnum subiectum cōtrariorum sensus tactus imo apparet q̄ subiectum multiplicatur ꝓ̄m multiplicationem contrariorum.

¶ Et intēdit p sbm̄ hic genus qd diuidit in ꝯraria. ¶ Et hoc qd dixit manifestū est. Nēc est em̄ si posuerimus q̄ vnus sensus cōprehendit multos modos contrarietatis: vt genus sbm̄ illis modis sit vnum. Qm̄ necesse est aliquid esse cōmune illi multitudini q̄ comprehenditur ab illo vno sensu. ⁊ si non: non erit illic aliquid p̄r qd ille sensus poterit dici vnus: quoniam sensus non est vnus nisi per vnā intētionē. Et cū cōtraria fuerint diuersa in generibus/ tunc virtutes erunt diuerse: ⁊ ideo illud qd recipit cōtrarietatē colorꝯ aliud est a recipiente saporꝯ ꝯrarietatē: cū ista cōtraria sint diuersa in genere. Unde necesse est si tactus sit vna vtus vt modi contrariorum quos cōprehēdit sit vnū genus subiectum eis qd dicat̄ ⁊ eis vniuoce: vt sonus qui dicitur vniuoce sit ⁊ modis sonoruz: ⁊ colorꝯ ⁊ modis colorꝯ. ¶ Sed cōtraria tactus nō vident̄ habere genus qd dicat̄ ⁊ eis nisi equiuoce. ¶ Quale enim qd dicit ⁊ calido: ⁊ frigido: ⁊ graui ⁊ leui: nō dicit nisi pure equoce. Et illō qd dictū est ⁊ equocatiōe in hoc noīe q̄lc qd dr̄ ⁊ sapore ⁊ calore ⁊ frigore ⁊ odore. Oia enim hec noia sunt in pdicamēto q̄litatis: ⁊ graue ⁊ leue ī pdicamēto sbe. ¶ Et ideo necesse est vt virtus cōprehēdens ꝯrarietatē q̄ est in graui ⁊ leui sit virtus cōprehendēs ꝯrarietatez q̄ est in calido ⁊ frigido necessario: ⁊ quoquomodo nō: cū illa que cōprehēdit graue ⁊ leue: nō cōprehendit ea nisi mediāte motu. ſ. q̄ nō cōprehēdit graue nisi qm̄ mouet ei corpus graue aut leue. Et ideo oportet opinari q̄ vlit Aristo. q̄ sensus tactus est plus q̄ vnus: ⁊ q̄ caro est. q. ei medium a ¶ Licet iste ꝓmo sit ꝯrarī ꝓmoni in lib. de alib⁹: ⁊ b ſz tū forte ille ꝓmo fuit ſz q̄ appuit illic. ſ. q̄ sciuit de mēbris alaliū in illo tpe. tūc. n. adhuc nesciebat neruos: ⁊ dixit q̄ instrz sensus isti⁹ est caro: ⁊ iste ꝓmo dat instro esse istis alalibus tāgibilibus intra carnē. ⁊ hoc cōuenit ei qd post appuit per anatomiā. ſ. q̄ nerui hnt̄ introitū in tactu ⁊ motu: qd ergo sciuit Arist. ratione appuit post p sensuz.

7. me. c. 43. Digressio q̄ tact⁹ nō fit vn⁹ ab vno obiecto.

Minor. Occurrit tacite obiectiōi. q: aliq̄s diceret eē idē genus tāgibiliū ⁊ est ipm̄ q̄lc. Graue ⁊ leue sūt ī pdicamēto sbe Idē. 4. ce. cō. 10. opp. 5. met. c. 18. vbi. d. q̄ sē quātitates. Sz. 4. celi. 39. post eas eē facilitates q̄ p ꝓnas q̄litates. ita ē. 2. de ge. ⁊ corrup. 1. c. 8. ⁊ 7. ph. 1. cō. 11.

¶ Utrū aūt est sensitiuū intus aut nō: sed mox caro. nullum vr̄ eē signū fieri sensuz simul cū tactu. Etenim nūc ſigs circa carnē extēderit vt pellē faciēs sitr̄ sensuz mox tactū insinuat: ⁊ tū cōstat q̄ nō est in b sensitiuū. Si aūt ⁊ cōnaturale fuerit citius vtiq̄ pertinget sensus.

¶ Utrum aūt sensus sit intra aut non: ſz est primū qd apparet. ſ. caro. Existimat qd istud signū nihil est. ſ. q̄ sensus est quando tangit. Qm̄ si tu acceperis mēbranaz ⁊ induas carnē ea: tunc eodem modo apparebit sensus quādo tangit: licet manifestū est q̄ sentiens non est in istis rebus. Si igitur fuerit solidatum cum eo: tunc sensus citius prouenit etiam.

a Soluit cōtradictōez. b 2. de ptib⁹ alaliū. ca. 6 3. de nā alaliū. ca. 5.

¶ Cum dedit sermonē necessariuz ex quo appet q̄ sensus tactus est plus vno: ⁊ q̄ caro est q̄si medū vt exposuim⁹ licet fit ꝯtra opionez Alex. ⁊ expōnē Themistij q̄ uis Themisti⁹ dicat apte q̄ ista est opio

109 Cōtinuatio textus.

Arist. s. q̃ caro est quasi mediū: sed isti videnť nō scire rōnē sup quā sustētabat Arist. in hoc. ⁊ est q: sensibilia tactus nō cōicāt in eodem genere q̃ ⁊ eis dicat vniuoce necesse etiā vt sit plus vno. Et nos dicemus rōnem Alex. in hoc ⁊ dissoluemus eam: ⁊ cū iam cōpleuit hoc declarare ⁊ dissoluere cōnem cōtingentē in hoc: reuersus est ad destruendū illud ex quo existimāť q̃ caro est instrumentū istius virtutis. ¶ Et. d. vtrū aūt sentiēs est intra cē. i. dicere autē q̃ tangēs nō est intra: sed est in primo eo: que apparēt. s. in carne. Caro enim cū fuerit positū sup ipsam aliquod gustabile cōprehēdet ipm/ vt est fm q̃ istud argumentū nō tenet. s. q̃ sensus tactus sit q̃ tangibile tāgit carnem. ¶ B. debilitauit hoc argumentū ⁊ dixit: qm̄ si tu acceperis mēbranā cē. i. qm̄ si tu acceperis mēbranā nō ipsam: ⁊ indueris eas carnē: ⁊ vsueris sup carnē aliqd̄ tangibile: tunc statim cōprehendetur a sensu ac si esset absq; illa mēbrana. B. d. ly sit manifestuz q̃ sentiens nō est in istis rebus. i. ly sit manifestū q̃ primū sentiēs non est in cute non est impōse vt caro sit talis disposūis. s. vt sit medium quasi cutis. Non apparētibus aūt in carne nulla dubitatio est sup ea que iam declarata sunt rōne. ¶ B. d. si igiť fuerit cōsolidatū. i. ⁊ nulla differētia est in hac intētione siue caro fuerit cōtinua cum sentiēte: siue mēbrana fuerit non cōtinua: cutis enim si esset cōtinua: tunc citius redderet sensum. Continuatio igitur non dat carni nisi facilitatem pertransitus sensus: non q: continuatio det vt caro sit instrumentum istius sensus.

Infra. c. 115

Expositio.

Improbatō ꝓis inducte.

¶ Propter quod talis pars corpis videť sic se habere: sicut si circulariter nobis copulat° eēt aer. Videremur enim vno quodā sentire ⁊ sonū: ⁊ odorē: ⁊ colorē: ⁊ vnus quidē sensus esset audit°: visus: ⁊ olfatus. Nunc autem qm̄ determinatum est per qd̄ fiunt motus: manifesta sunt p̄dicta sensitiua altera esse.

¶ Et ideo istud instrm̄ est de corpe: quasi aer si esset applicatus cum corpe in circuitu. Tūc enim existimarem° q̃ p id sentirem° sonū: ⁊ colorem: ⁊ odorem: ⁊ q̃ visus: ⁊ audit°: ⁊ olfat° esset sensus vnus. Nō aūt q: aer p quem fiunt isti motus. s. videre: ⁊ audire: ⁊ olfacere est distinctus: apparēt sensus quos diximus esse diuersi.

¶ Cum declarauit q̃ tactus est plus vno sensu: ⁊ q̃ ꝓpter hoc caro
110 oz esse media istis sensib°: ⁊ q̃ dubitatio sup hoc ex eo q̃ appet sensui que fecit multos hoīes dicere q̃ caro est instrm̄ istius sensus. ⁊ q̃ iste sensus est vnus: nō sufficit. Incepit declarare modū ex quo cōtingit ista existimatio cōis oībus: ⁊ forte ipse est vnus eorum in libro de animalibus: qui hoc existimauerūt. ¶ Et dixit: ⁊ iō hoc mēbrū de corpe cē. i. ⁊ ista existimatio accidit hoībus: q: hoc mēbrū. s. caro assimilatur aeri si esset applicat° cum corpe: qm̄ si aer fm q̃ est medium fuisset applicat° cum corpe sicut caro. i. esset pars corporis: tūc existimaremus q̃ per idem sentirem° sonū/ ⁊ colorē: ⁊ odorem: ⁊ q̃ hec tria sunt vnus sensus. ⁊ hoc idem accidit sensibus tact° cum carne: ita q̃ fuit existimatū eos esse vnum sensum. ¶ B. d. modo aūt q: aer cē. i. sed appet q̃ tres sensus isti sunt diuersi. ly sint per idē mediū: q: medium non est pars nostri. Caro autem q: est pars nostri nō apparuit hoc in sensibus tactus: ⁊ fuit existimatum eos esse vnum sensum: sed demonstratio coegit q̃ sint plures vno sensu. sentit enim plura vno sensibili in carne.

Alia ꝓra ly in gñe.

¶ In tactu autē hoc quidē nunc ī manifestū est: ex aere quidē. n. aut aqua impōse est cōstare animatū corpus: oz enim firmū esse. Relinquiť aūt mixtū ex terra: ⁊ ex his esse vt vlr caro: ⁊ ꝓportionale. Quare necessarium est ⁊ corpus esse medium tactui applicatum: per quod fiant sensus: cum sint plures.

Ex aere aut aqua ipōse ē esse aiatū corp°: oportet enim firmum esse. Idē. 4. meteororū. tcō. 29.

¶ In tactu aūt hoc modo latet: ipōse est. n. vt ꝓstitutio corpis animati sit ex aere: aut ex aqua. Indiget enim vt sit durū. Remanet igiť vt sit ex terra: ⁊ ex istis ī carne: ⁊ sinibus. Unde necesse est vt corp° mediū tāgēs sit applicatū: p cuius mediationē erūt sensus plures q̃ vn°.

¶ Cum declarauit modum ex quo ꝓtingit ista existimatio in sensibus tactus: ⁊ nō ꝓtingit in alys sensibus: incepit narrare cām ⁊ necessitatem hoc q̃ mediū in tactu est applicatū ⁊ in alijs nō applicatum. 111

¶ Et. d. in tactu autem cē. i. tactui aūt accidit hoc ita q̃ ista intētio latet in eo. s. q̃ est plus q̃ vnus sensus: ex hoc q̃ omnis sensus indiget medio: ⁊ animalia indigent in salute vt sentiant tāgibilia: ideo fuit necesse vt medium esset pars eius.

¶ Et fuit impōse vt hoc mediū qd̄ est pars eius esset aqua aut aer. 2
Impōse est enim sicut. d. vt cōstitutio corporis esset ex aere aut aqua. Animalia enim indigent necessario corpe duro: ex quo cōtingit necessario vt medium sensibus tactus esset corpus admixtum super qd̄ abundaret terrestritas: ⁊ est caro ⁊ eius simile in animalibus carentibus carne: ⁊ sic est intelligendus iste sermo.

¶ Et ipse excitauit nos super hoc qd̄ diminuitur in sermone per hoc quod dixit. necesse est igitur vt corpus medium tangens sit applicatum: id est necesse est igitur q̃ omnia sensus fit per medium: cum sensus nō sentiāt sua sensibilia nisi tangēdo: ⁊ aliqua indigēt vt sentiāt sensibilia occurrētia: vt mediū fit applicatū ⁊ pars corpis. ¶ B. d. per cuius mediationē erūt sensus ⁊ sunt plures vno. i. sensus tactus. 3

Pōderat hi necessariū.

¶ Demōstrat aūt q̃ plures sint qui ī lingua tact°. Omnia enim tāgibilia sentit lingua fm eādē partē ⁊ humorem. Siquidē igiť ⁊ alia caro sentiret humorē: videreť vnus ⁊ idem esse sensus: gustus: ⁊ tactus. Nunc autem sunt duo p̄ꝓpter id q̃ nō conuertitur.

¶ Et ōmōstrat eos eē plures vno tact° lingue. Omnia tāgibilia sentiunt p idē mēbrū: ⁊ sapore. si ergo alia caro sentiret sapore: tūc existimaret q̄ gust° ⁊ tact° essent idē sensus. Modo aūt sunt duo q: non cōuertitur.

112 ¶ Et ostōstrat q̄ sensus tactus est plus q̄ vnus: ⁊ q̄ hoc latet q: caro est quasi mediū tactus qui est in lingua: qm̄ sentimus oia tangibilia p hoc mēbrū ⁊ etiā sapore: fuit necesse vt caro que est in hoc mēbro sit quasi mediū nō quasi instrm: qm̄ si esset instrm sapōis nō cōphēderet tāgibile: ⁊ si tangibile nō sapō: ē. Idē. n. sensus idē hz instrm. Si igit alia caro que est in corpe sentiret sapō: ē: sicut caro q̄ est in lingua: tūc existimaret q̄ gustus ⁊ tactus essent idē sensus. ¶ D. d. modo aūt sunt duo q: nō puertit. i. mō aūt nō accidit ℔ q: nō puertit. s. q̄ oīs caro gustās est tāgēs: sz nō oīs caro tangēs est gustans.

Idē sensus idē instrm. Phisic. 5. cō. 107. ⁊. 3. de aīa. cō. 50.

¶ Dubitabit aūt aliqs si omne corpus pfundū habet. Hec aūt est tertia magnitudo. Quor aūt corporū mediū est aliqd̄ corpus: nō cōtingit ipsa adinuicē se tāgere. Humidū aūt nō est sine corpe: nec humectatū: sz necesse est aquā esse aut habere aquā. Que vero tangunt adinuicē in aqua: nisi sicca extrema sint: necesse est aquā habere mediū quo repleta sūt vltima. Si aūt hoc verū: ipōe est tāgere aliqd aliud in aqua. Eodē aūt mō ⁊ in aere. Sil'r. n. se hz aer ad ea q̄ sunt in ipso: ⁊ aqua ad ea que sunt in aqua. Latet aūt magis nos sicut ⁊ que sunt in aqua animalia: si humectatū tāgit humectatū.

Ex hoc sumit q̄ inter duo corpora dicta cadit mediū.

¶ Ex eis de qb° dubitat hō est q̄ oē corp° hz pfundū: ⁊ hec est tertia dimēsio. Et corpa iter q̄ existit aliqd̄ corp° mediū ipōe est vt tāgāt se adinuicē. Et humidū nō est extra corp° neq: humectatū. Immo necesse est vt sit aq̄: aut aliqd in quo est aqua. Et ea que occurrūt sibi in aq̄ adinuicē: cū sua extrema nō fuerint sicca: necesse est vt inter ea sit mediuz: ⁊ est illud in quo vltima eorum sunt submersa. Et si hoc est verūz: ipōe est vt aliqd tangat aliud in aqua: ⁊ sil'r in aere. Aer. n. ita est cū eis q̄ sunt ī eo: sicut aq̄ cū eis q̄ sunt ī aqua. Q. g. aīalia q̄ sunt in aq̄ si corpus humectatū tāgit corpus humectatū.

113 ¶ Cū ōclarauit q̄ tact° indiget carne p medio ⁊ q̄ ē plus q̄ vn° ⁊ incepit ēt q̄rere vtrū iste sensus cū hoc q̄ idiget carne ī digeat ēt medio extrinseco: aut sufficit ēt caro sine medio extrinseco. ⁊ ista q̄ōe etiam accidit in gustu. ¶ Et dixit. ⁊ ex eis in qbus hō dubitat est ⁊c. i. ⁊ du

Cōtinuatio

Expositio.

bitat hō in hoc vtrū tactus indigeat medio extrinseco / cū hoc q̄ indiget medio qō est caro. Omne enīz corpus hz pfunduz: ⁊ est tertia mēsura corpis. D. d. ⁊ corpa inter que est mediū ⁊c. i. ⁊ cū omne corpus hz pfundū necesse est vt iter oia duo corpora nō se tangentia sit corpus: ⁊ cū ita sit cōtingit vt corpora sicca inter que est mediū corpus humidū: ipōe ē vt tāgāt se adiuicē absq̄ eo q̄ sue supficies sint humefacte ab illo corpe humido: ⁊ humiditas impōe est vt sit extra illud mediū. Q. g. corpora humectata: qm̄ ipōe est vt tangāt se nisi inter ea sit aqua: aut aliquid aque.

2 Duo corpa dura ñ pnt se imediate cōtangere.

¶ D. d. ⁊ ea que occurrūt sibi adinuicē cuz extrema eor fuerint non sicca ⁊c. i. ⁊ cum corpa sicca nō occurrūt sibi in corporibus humidis nisi extrema eor fuerint humectata: necesse est vt nō occurrant sibi nisi inter ea sit mediū: ⁊ est corp° in quo supficies eor sunt submerse. Et cum ita sit impōe est vt corpus siccuz tangat corp° siccū in aqua aut in aere: nisi inter ea sit corpus aut ex aqua: aut ex aere. ¶ D. d. ⁊ similr etiā ⁊ aere. aer enim ⁊c. i. ⁊ ita est ⁊ aere sicut ⁊ aqua in hoc. Sed humefactio eorum que sunt in aqua est manifesta sensui: humefactio autem eorum que sunt in aere non sentitur: sed ratio cogit eam esse eiusdem modi. Q. g. animal quod est in aqua: quoniā cum manifestum est q̄ impōe est vt aliquid tangat nisi mediante aqua: sic dz esse in animalibus que sunt in aere.

Humefactio in aq̄ ē mānifesta sensui: sz ea q̄ ē ī aere latet sensuz. Idē p ph. c. 54. Idē p de genera. ⁊ corrup. 19. consile 6 aqua hēs. J. h cō. us. ad finē.

¶ Utrū igit oīuz sit similiter sensus: an alioz aliter: sicut nūc videt quidē gustus ⁊ tactus in tāgendo: alij autez a longe. Hoc aūt nō est: sed durū ⁊ molle p altera sentimus: sicut ⁊ sonabile: ⁊ visibile: ⁊ odorabile: sz alia qdez a longe: alia vero a ppe: pp qd̄ latet: qm̄ oia sentim° per mediū: sed in his latet. Et quidē sicut dixim° prius: ⁊ si p pellē sentirem° oia tangibilia ignorato qm̄ phibz: sil'r vtiq̄ haberem° sicut ⁊ nunc in aqua ⁊ in aere. Putam° enim nunc ipsa tāgere ⁊ nihil esse per medium.

Oia sentimus p medium.

¶ Utrū igit sensus oīuz rerū est eodē modo: aut sensus rerū diuersar est diuersus: vt existimat q̄ gustus ⁊ tactus sunt p tāgere: alia aūt sunt a remoto: aut nō est ita. Sz nos ēt nō sentim° durū ⁊ molle: nisi mediātib° alīs rebus: sicut sentim° faciēs sonum: ⁊ visibile: ⁊ audibile. Sed ista a remoto: ⁊ illa duo a ppinquo. Et iō nō fuit pceptū ⁊ si nō oia sentim° p aliqd̄ mediū: sz nō cōphēdit a nobis in his duob°. Jam. n. dixim° ēt prius q̄ si nos sentirem° tāgibilia mēbrana mediāte ita q̄ nō pciperem°: tūc dispō nra esset: sicut dispō nra mō in aq̄ aut in aere. Nō. n. existimam° tāgere ea: ⁊ nō est illud.

114 ¶ Et cum fuerit cōcessum hoc qd̄ diximus q̄ corpora sicca impossibile est vt tangāt se in corporib⁹ humidis nisi inter ea aliqd̄ corpus ex illo humido: querendū est vtrū sentire oia sensibilia fiat eodez modo sez per medium: aut sentire res diuersas sit diuersum. s. q̄ sentire quasdam nō est per medium vt existimat de tactu ⁊ gustu: ⁊ quasdā per medium ⁊ sine tactu: sez a remoto: vt auditus: ⁊ olfatus: ⁊ visus.

2 ¶ Aut nō est ita: sed omnia tāgibilia sentimus per hoc idē medium: per qd̄ sentimus illa tria residua: sed tm̄ differunt in hoc q̄ sensibilia in istis tribus cōprehendūtur a remoto ⁊ in tactu ⁊ gustu a propinquo. Et cum ita sit non sentimus omnes res nisi per medium extrinsecum: sed istud medium non percipit a nobis in tactu.

3 ¶ Quēadmodum si sentiremus tangibilia mediāte mēbrana absq̄ eo q̄ perciperemus illam mēbranā esse sup nos: qm̄ dispositio nostra ēet cum hac mēbrana p cuius mediationē sentiremus tangibilia absq̄ perceptione illius: sicut esset dispositio nostra in sentiēdo mediāte aq̄ aut aere. s. quēadmodū accideret nobis existimare q̄ nos nō sentimus tāgibilia nisi tāgendo: nō mediāte illa mēbrana cū nō percipimus illam esse oino: sic pōte est hoc accidere nobis in aqua aut aere. s. existimare q̄ nos sentimus res sine mediatione earuz: sed nos ūi rei veritate nihil tangimus nisi per mediationē earum.

¶ Sed differt tangibile a visibilib⁹ ⁊ sonatiuis: qm̄ illa quidē sentimus ex eo q̄ mediū mouet aliqd̄ nos. Tangibilia vero nō a medio: sed simul cum medio. Sicut p clypeum percussus: nō enim clypeus percussus prius percussit: sed simul accidit vtraq̄ percuti.

¶ Sed tangibile differt a visibilib⁹ ⁊ sacientibus sonuz. Nos enim sentimus ista ita q̄ mediū agit quoquo modo in nobis: ⁊ nos in tangibilibus nō a medio: sez cum medio. Q. d. illi cui accidit ictus mediante scuto. Scutum enim nō est illud qd̄ percussit ipsum cū pcutiebat scutū: sed accidit q̄ percussio ambozū fuit simul.

115 Pria ps in q̄ ponit differētiā inter mediuz tactū ⁊ aliorū sensuum. ¶ Idest sed licet cōsequat ex hoc sermone q̄ tāgibilia nō sint nisi per mediū sicut tres sensus: tm̄ opinandū est q̄ actio mediū in hoc sensu nō est sicut actio mediū in illis: sed tāgibilia differūt a coloribus: ⁊ a sonis in hoc q̄ indigent medio: qz sensibilia in illis tribus primo agūt in mediū: vnde mediū in nos. Tangibilia aūt insimul agūt in nos ⁊ in mediū. ¶ Sed debes intelligere hic q̄ simul nō qz in eodē tēpore patit mediū ⁊ sensus tāgibilibus ⁊ in illis duobus tpibus. Existimatur enim q̄ visus ⁊ aer alterant a colore in eodē instanti: sed intendit hic per prioritatem ⁊ posteriozitatem in illis: prioritatē fm causam. s. q̄ sensibile est causa remota in motione sensus: ⁊ medium est causa ppinqua. in tactu autem medium ⁊ sensus mouentur insimul a tangibilibus: sed medium nihil facit in hoc.

2 Quō mediū ē necariū i tactu. ¶ Sed est aliqd̄ accidens ex necessitate: non qz est necesse inesse sensus sicut medium est necessarium in esse aliorum: ⁊ ideo assimilauit passionē

passionez nostraz a tangibilib⁹ passioni nostre a pcussiōe mediante scuto. Quēadmodū igit nō dz aliqs dicere q̄ scutū est necessariū in actiōe pcussiōis nostre: ita q̄ scutū sit cā ppinqua: ⁊ pcussio est cā remota. ita est de aere cū tangibilib⁹. s. q̄ nō dz aliqs dicere qd̄ illud necesse est ad sentire tangibilia: sed dicim⁹ q̄ insimul patimur nos ⁊ scutuz ab ictu. ¶ Per Simul igitur debem⁹ intelligere priuatiōez prioritatis ⁊ posteriozitatis in cā nō in tpe. ¶ Et intēdebat per hoc declarare q̄ istud nō est mediū fm q̄ est necessariū omni sensui i sentiendo: sed mediū qd̄ hmōi est in hoc sensu est caro: ⁊ hoc si dicetur medium erit fm accidens. Documētū

¶ Sic igitur intelligēdus est iste locus nō q̄ Arist. dubitauit in hoc ⁊ nō cōpleuit neq̄ declarauit modū fm quē dz q̄ tangibilia nō sentiunt nisi per mediuz extrinsecū: neq̄ ēt Aristo. in hoc sermone fuit valde oblitus: sicut dicit Themistius ⁊ alij. Dicūt. n. q̄ nos si cōcesserimus q̄ tangibilia nō cōprehendunt in aqua ⁊ in aere nisi mediātibus istis: quid possum⁹ dicere in cōprehēsione qualitatū tangibilium in istis duobus medijs ipsis. 3 Vte soluendo dubōnē Ther. ⁊ alex. excludit exponē eoz. Themi. duiuz ca. 38.

¶ Et ego dico q̄ obliuio fortis nō fuit nisi a dicente hunc sermonē Iz ūt valde difficilis fm q̄ apparet. Oē. n. aīal qd̄ inatū est esse in aqua aut aere nō sentit aliquā qualitatē caliditatis aut frigiditatis in eis si fuerint in simplicitate quā debēt habere: q: est locus eius nālis: ⁊ locus est similis locato: vt declaratū est in sermonib⁹ ⁊ libus. Et iaz declaratū est q̄ sensibile est ⁊trariū ante passionē. ¶ Et cum ita sit aīal nō sentit calorē aut frigus in aere: aut ī aqua: nisi qñ cū eis admiscent corpa calida aut frigida. Illa ergo corpa sunt alia ab aqua ⁊ ab aere nālit⁹ cū ita fit illud qd̄ accidit ex hoc qñ sentimus q̄ aer aut aqua calefact⁹ est aut infrigidat⁹: illud idez accidit in corporib⁹ que apparēt visui eē alia ab aere ⁊ aqua. s. q̄ nos nō sentim⁹ ea nisi mediante aqua ⁊ aere nāli vt declaratum est ex sermone predicto. 4 Auer. loco. 4. phy. tex. cō. 48.

¶ Et si aer ⁊ aqua ⁊tinētes aīalia haberēt qualitatē cōtrariā: tunc impedirēt cōprehēsionē qualitatū cōtrariaz ab aīalibus.

¶ Et pp hoc qd̄ diximus nō est opinādū aquā calefieri dum fuerit aq̄ pura: neq̄ q̄ aer infrigidēt dum est aer purus: sed hoc accidit pp corpora admixta cū eis calida aut frigida: ⁊ hoc fecit dubitare hoīes: ita q̄ frigiditas non est accīs inseparabile aque sicut calor igni: ⁊ ista existimatio accidit: qz vulgus ⁊sueuit vocare aquā dum liquefactio remanet in ea: Iz in rei veritate non est aqua pura sed admixta. Ista enīz qualitas est magis cognita oībus suis qualitatib⁹ sensibilibus: sicut calor in igne: ⁊ iō vulgus nō absolute vocat ignē qui infrigidatus est pp admixtionē corpoz frigidoz: ⁊ forte vocat ignem corpora calida: licet sint humefacta per mixtionem dum remanent calida calore igneo. 5 Tertio cell 67.

¶ Oino aūt vī caro ⁊ lingua sicut aer ⁊ aqua ad visum ⁊ auditum ⁊ olfatū se hnt: sic se habere ad sensitiuuz sicut illoz vnūquodq̄. Ipso aūt sensitiuo tacto: neq̄ ibi: neq̄ hic vtiq̄ fiet sensus: vt siquis ponat in oculum vltimuz corpus albuz. ¶ Quare manifestū est qd̄ intus sit tan/ Pria demōstratio ⁊ expositio.

sibile sensitiuū. sic enīz vtiqz accidit qd̄ quidez in aliis. Apposita.n.sup sensitiuū nō sentiūt: sup aūt carnē posita sentiūt. Quare mediū tactui est caro.

¶ Et vlr vt q̄ caro ⁊ lingua est sicut aer ⁊ aqua in visu ⁊ auditu ⁊ olfatu. Et sic est dispositio eorz apud sensuz: sicut dispositio vniuersiusqz illorum duorum. Sed ipsum sentire cuz tetigerit non cadit illic: neqz hic sensus. Vgr̄a. si aliquis posuerit aliqd̄ corpus albuz super visuz mediū. Dicamus igitq̄ manifestū est q̄ sensus tactus est interius: ⁊ si nō esset hoc, ꝓtingeret in eo quod cōtingit in aliis: qd̄ cū poneret super sentiēs nō sentiet. caro aūt sentit cuz fuerit posituz super eam. Unde ꝓsequitur vt caro sit mediuz in tangente.

115 ¶ Cum declarauit moduz p̄m quem dr̄ q̄ aqua ⁊ aer sunt media in tactu si debeant dici media: reuersus est ad dicēduz illud qd̄ est medium in rei veritate in hoc sensu. s. illud qd̄ est impossibile vt sine eo sentiat iste sensus: ⁊ est caro cuius ꝓportio ad ipsum est sicut proportio aque ⁊ aeris ad alios tres. ¶ Et. d. ⁊ vlr videt ⁊c. i. ⁊ vlr opinādum est q̄ caro ⁊ lingua sunt tactui ⁊ gustui: sicut aer ⁊ aqua visui ⁊ auditui ⁊ olfatui. B. d. sicut est dispositio eorz apud sensus ⁊c. i. ⁊ dispositio carnis ⁊ lingue apud tangēs ⁊ gustans sit sicut dispō aque ⁊ aeris apud tres sensus. B. d. sed ipsum sentiens cuz tetigerit ⁊c. i. ⁊ l oīb⁹ cū sup sentiēs ipsuz fuerit positū sensibile a nō sentiet oīno: aut si sentiet male: vt accidit cū sup visum fuerit positū aliqd̄ corpus albū. ¶ B. d. aliā demōstrationē a ꝑdicta q̄ caro b est q̄si mediū: nō quasi instrm: ⁊. d. dicam⁹ igitur q̄ manifestū est ⁊c. i. ⁊ manifestuz est q̄ sensus tact⁹ est intra carnē: ⁊ q̄ caro nō est quasi ꝑmuz instrm eis: qm̄ si ita eēt cōtingeret in eo qd̄ cōtingit in aliis. s. q̄ cū sensibile eēt positū sup carnē nō sentiret a virtute tāgibili: quēadmodū color cū fuerit positus sup visuz nō sentiet. Modo aūt qz videmus q̄ virtus tangibilis nō sentit nisi qm̄ tangibile fuerit positū sup carnē: necesse est vt caro sit mediū nō instrm. ¶ Et hoc qd̄ dixit manifestuz est per se: qm̄ hoc q̄ tres sensus indigent medio aut est qz accidit suis sensibilibus q̄ sunt remota ab eis: aut qz impossē est vt recipiāt sua. sensibilia: nisi sint prius in medio: vt plura vident cōtraria. s. q̄ nō transferunt ad extrema nisi prius transferant ad mediū. ⁊ si hoc esset pp hoc q̄ sensibilia sunt remota: cōtingeret vt sentirent qm̄ essent posita super eos: tunc enīz nō indigent medio sed nō sentiunt. ergo nō indigent medio nisi pp ipsum sentire. Et qz hoc accidēs nō potest attribui vni eorum essentialr̄t cum cōe sit eis: remanet igitur vt hoc sit eis cōe per naturā cōem tribus sensibus: sed nulla nā cōis est cā in hoc accidente nisi hoc q̄ sunt sensus: ergo indigentia medij ad sensus est eis in hoc q̄ sensus nō p̄m q̄ quidaz sensus. Ergo omnis sensus necessario indiget medio in ipso sentire. ¶ Nota q̄ mediū est in

a Sēsibile positū supra sensum non sentit. Idē ē. t. cō. 98. ⁊ queibi.

b Caro est mediū non organū seu instrz tact⁹. sed oppositū dicit Lō. in lib. de sensu ⁊ sensa. ⁊. 2. colliguz. c. de iuuamentis carnis ⁊ i. c. de iuuamtis sensus tact⁹

Plura contraria non transferunt ad extrema nisi prius trāsferantur ad media. Idē 5. phy. 2. Iō 10. meta. 23. ē lē. ē. 105.

Cōtra alex.

istis trib⁹ sensib⁹ trm: qz sensibilia eorz sunt remota: vt putat Alexā. qm̄ si ita eēt ꝓtingeret q̄ cū eēnt posita sup eos vt sentirēt. ¶ Et hoc qd̄ dixit Alex. ꝓtradicēdo huic opinioni. s. q̄ si caro eēt q̄si medium ꝓtingeret vt sub carne eēt aliqd̄ mēbrū p qd̄ fieret iste sensus: ⁊ illud necio eēt vnū: si iste sensus eēt vnū aut plura: ⁊ si plura nihil est. Jaz eīz apparuit post Ari. in tpe eius. s. q̄ in aīalib⁹ sunt q̄daz corpa que dicunt nerui ⁊ hnt introitū in sensuz ⁊ motū. qd̄ igitur apparuit Ari. rōne manifestū est post sensu. ⁊ nihil ē hoc qd̄ dicūt posteriores peripathetici. s. q̄ nerui nō hnt introitū in sensuz tact⁹. est. n. sermo Ari. in ppinqua potētia: ⁊ est etiā sensibilis.

Motiuum Alex.

Idē. ē. 108.

¶ Tangibiles quidez igitq̄ sunt differētie corporis p̄m q̄ corpus. Dico autem dr̄ias quibus elementa determinant caliduz: frigiduz: humiduz: ⁊ siccuz: de quibus prius dictū est in his que de elemētis. ¶ Sensitiuū aūt ipsaz quod tactiuū: ⁊ in quo sensus vocatus tactus est: primo pars ea sane est que est potētia hmōi.

¶ Tangibilia aūt sunt dr̄ie corporis p̄m q̄ est corpus. Et dico dr̄ias quib⁹ determinant elementa. s. caliduz: ⁊ frigidū: ⁊ humidū: ⁊ siccū. Et sunt ille de quibus locuti sum⁹ apud sermonē de elntis. ¶ Illud aūt qd̄ est sentiēs: ⁊ tangēs: ⁊ i. quo est prius sensus qui dr̄ tactus: est mēbrū qd̄ est in potētia talis dispositiōis.

Prim⁹ sensus tact⁹ est. Idē. ē. 16. ⁊ 31. 17. ⁊. 3. de anīa. 67. ⁊ 68.

¶ B. ⁊ tāgibilia sunt dr̄ie corpis p̄m q̄ est corp⁹. i. tāgibilia vlr sunt dr̄ie exntes in oībus corpib⁹. s. cōes oībus corpib⁹ gnabilib⁹ ⁊ corruptibilib⁹. B. d. ⁊ dico dr̄ias ⁊c. i. ⁊ intelligo p dr̄ias: dr̄ias vlēs a qb⁹ nullū corp⁹ fingit: ⁊ sunt p̄me dr̄ie exntes in q̄ttuor elntis. s. calidū ⁊ frigidū: siccū ⁊ humidū: ⁊ q̄ fiunt ex eis vt aspez ⁊ durū: ⁊ alie dr̄ie tāgibiles ⁊ q̄ sunt ꝓiuncte cū eis: vt graue ⁊ leue. B. d. de qb⁹ pus fuimus locuti apō sermonē de elntis. s. in libro de gnatiōe ⁊ corruptione: illic. n. declarauit modos tāgibiliū primos ⁊ secūdos.

115

Jn. 2. de genera. ⁊ corr. t. c. 8. ⁊. 16.

2

Primũ corelariũ. Themistius assimilat deo in hoc q̃ est oĩa entia quoqo mõ: & sciẽ ea q̃quo mõ. Entia.n.nihil aliud sunt nisi scia eius: neq; cause entiũ aliud sunt nisi scia eius: & q̃ mirabilis est iste ordo: & q̃ extrane⁹ est iste modus eẽndi. ¶ Et ꝓm hunc modũ verificabit opio Alex. in hoc qõ.d.q̃ intelligere res abstractas fiet p ꝓtinuationẽ intellect⁹ nobiscum.nõ q̃ intelligere inuenit in nobis postq̃ nõ erat: qõ est cã in cõtinuatione intellect⁹ agentis nobiscu: vt intendebat Auẽpace: sed cã intellectiõis est cõtinuatio: & nõ ecõtrario. ¶ Et p hoc dissoluitur qõ antiquo⁹ qũo intelligit intellectione noua: & est ẽt manifestu ex hoc quare nõ cõtinuamur cũ hoc intellectu in principio sed in postremo: qm̃ dum fuerit forma nobiscũ in potẽtia: erit cõtinuat⁹ nobiscũ in potẽtia: & duz fuerit ꝓtinuat⁹ nobiscũ in potẽtia: impossibile est vt intelligam⁹ per illum aliqd. Cum igitur efficietur forma nobis in actu qõ erit apud cõtinuationẽ eius in actu: tunc intelligemus p illu oĩa que intelligim⁹ & agimus per illum actionẽ sibi ꝓpriaz. ¶ Et ex hoc apparet q̃ sua intellectio nõ est aliquid scientiaꝝ speculatiuaꝝ: sed est aliquid currens cursu rei generate nãliter a disciplina scientiaꝝ speculatiuarũ: & ideo nõ est remotuz vt homines adiuuent se in hac intentione: sicut iuuant se in scientijs speculatiuis: sed necesse est vt inueniat illõ currẽs a scientijs speculatiuis ñ ab alijs. a ¶ Intellecta eniz falsa impossibile est vt habeat cõtinuationẽ: qm̃ nõ sunt aliqd currens cursu nãli: sed sunt aliquid qõ nõ intendebat: sicut digitus sex⁹ & monstrũ in creatura. b ¶ Et est ẽt manifestũ q̃ cũ posuerimus intellectũ mãlem esse gñabilem & corruptibilẽ: tunc nullã viaz inueniemus ꝓm quã intellectus agens copulet cuz intellectu qui est in habitu copulatione ꝓpria. s. copulatiõe sili cõtinuationi formarũ cũ materijs. c ¶ Et cũ ista cõtinuatio nõ fuerit posita nulla erit diuersitas inter cõpare ipuz ad holez: & ad oĩa entia: nisi p diuersitatẽ sue actionis in eis. ¶ Et ꝓm hunc moduz respect⁹ eius ad hominez nõ erit nisi respect⁹ agentis ad hominẽ: nõ respectu forme: & ꝓtingit qõ Alpharabij quã.d.in nichomachia. Fiducia eniz in possibilitate cõtinuationis intellect⁹ nobiscuz est in declarãdo q̃ respectus eius ad hominẽ est respect⁹ forme & agentis: nõ respectus agentis tantũ. Hoc igitur apparuit nobis in hoc quesito mõte: & si post apparuerit nobis plus describemus.

Scõz corelariuz.

Tertiũ corelariuz.

Quartũ corelariuz.

Intellectio i statu adeptiõis ñ currit cursu sciẽtiaꝝ speculatiuaꝝ. Jõ ñ.i hcõ.Et 9.me.cõ.vl.

a Quitũ corelariũ.

b Sextũ corelariuz.

c Septimũ corelariuz.

¶ Capitulum Sextum.

Aia q̃dãmõ est oĩa.

Unc aũt de aĩa dcã recapitulãtes. Dicamus iterũ: q̃ oĩa ea que sunt quodãmodo est aĩa. Aut enim sensibilia que sunt: aut intelligibilia. Est aũt scia quidez scibilia quodãmodo: sensus aũt sensibilia.

¶ Cõgregamus igit ꝓm summaz ea q̃ dcã sunt in aĩa. Dicam⁹ igit q̃ aĩa est quoquo modo alia entia. Entia eniz aut sunt intellecta: aut sensata. Scire vero res intellectas est ꝓm modũ sentiendi rez sensatam.

Et cũ declaratuz est que sunt genera virtutuz cõprehẽsiuaꝝ aĩe & q̃ sunt duo modi. s. sensus & intellectus: opz nos mõ facere vnã summã de aĩa: & dicere ꝓm descriptionez q̃ est quoquo modo oĩa entia. Oĩa eniz entia aut sunt sensibilia: aut intelligibilia. Dispõ aũt sensibiliũ ad sensuz est sicut dispõ intelligibiliuz ad intellectuz: & sensus ad sensatũ. ergo ꝓtingit nẽcio vt aĩa sit entia oĩa vno modo ꝓm quos possibile est dicere aĩam esse oĩa entia. 37 Dispõ sensibiliũ ad sensuz est sicut dispõ intelligibiliũ ad intellz. Jdẽ 3.h⁹.t.cõ.3.

¶ Qualiter aũt hoc sit opz ingrere. Secatur igit scia & sensus in res: q̃ quidẽ potẽtia est in ea que sunt potẽtia: que vero actu in ea que sunt actu: aĩe aũt sensitiuũ & qd̃ scire potest: potentia hoc sunt: hoc quidez scibile: illud aũt sensibile. Necesse aũt est aut ipa: aut spẽs esse. Ipsa qdẽ eniz nõ sunt: nõ eiz lapis in aĩa est: sed spẽs. Quare aĩa sicut man⁹ est. Manus eniz est organũ organoruz: & intell's spẽs spẽꝝ: & sensus spẽs sensibiliuz. Nõ ẽ lapis in aĩa sed spẽs. Man⁹ ẽ organũ organoruz.

¶ Et scienduz est qũo. Dicamus igitur q̃ scire & sentire diuidunt ꝓm diuisionẽ entiũ. Si igit fuerint in potẽtia erunt potẽtia: si actu: actu intell'm & sensatuz. Necesse est enim vt entia sint aut ista: aut forme. Et nõ sunt iste. lapis eniz nõ existit in aĩa: sed forma. Et ió aĩa est quasi manus. Manus.n.est instrm̃ instrm̃is. Et intell'us forma formis: & sensus forma sensatis.

¶ Cũ declarauit q̃ aĩa est quoq̃ mõ oĩa entia: iceput declare illũ moduz & .d. Dicam⁹ igit q̃ scire & .i. q̃ drie entiũ qbus diuidunt sunt eedẽ cũ differẽtijs aĩe & sunt potẽtia & act⁹. Quẽadmodũ.n.sensus & intellect⁹ aut sunt potẽtia aut actu: ita oẽ sensibile & intelligibile: aut ẽ in potẽtia: aut in actu. Et cum ita sit si sentiẽs fuerit in potentia: sensatũ erit in potentia: & si fuerit in actu sensatũ erit in actu. Et similr est de intellectu cum intellecto: necesse est vt vere dicat q̃ illa pars aĩe est illa pars entiuz. Res eniz quarũ drie sunt eedẽ ipse sunt eedem in illo mõ ꝓm quẽ hñt, easdem drias. Intellect⁹ igit est intellectũ: & sensus est sensatũ. ¶ B.d.necesse est eniz & .i.q: nõ sunt nisi duo modi: aut vt intellus sit intellectũ existẽs extra aĩam aut forma eius: & silr sensus cũ sensato: & est impossi vt ipsum ens sit intellm aut sensatũ. s.p suã formã & suã mãm: vt antiq opinabant: tunc.n.qm̃ lapidez intelligeret aĩa eẽt lapis: & si lignũ eẽt lignũ. Remanet igit vt illud qõ existit in aĩa de entib⁹ sit forma tm̃ nõ mã. ¶ Et B intẽdebat cũ.d.lapis.n.nõ existit in aĩa: sz tm̃ forma ei⁹. ¶ B.narrauit q̃ ista est cã q̃re aĩa recipit multas formas diuersas. vt man⁹ que est instrm̃ recipiẽs oĩa instrã: & .d. & ió aĩa est quasi manus & .c.

38 De sensu in potentia & actu. viõ.2. de aĩa.53. & 55. De intellectu ẽo viõ h 16. & .18. Res quarũ drie sũt eedẽ ipe sũt eedẽ i illo mõ ꝓm quẽ hñt easdẽ drias Uide opio nẽ antiq: uz ꝓmo de aĩa. 25. & .27.

¶ Qm̃ aũt neq; res vlla est ꝓter magnitudinẽ: sicut vt: sensibilia separata in spẽbus sensibilib⁹ intell'ibilia sunt.

Et que abstractione dñr. Et quecũq; sensibiliũ habitus & passiões: & ob hoc neq; nõ sentiẽs nihil vnq; addiscet neq; intelliget. Et cum speculetur necesse simul phãtasma aliq̃d speculari. Phãtasmata eiz sicut sensibilia sunt preter q̃ sunt sine materia. Est autẽ phãtasia alterũ a dictione & negatiõe. Compositio enim intellectuuz est verum aut falsum. Primi autem intellectus q̃uo different vt nõ phãtasmata sint. Aut neq; hi phãtasmata: sed nõ sine phãtasmatibus.

¶ Et q: ꝓz q̃ existimatur magnitudo esse sensibilia esse sensibiliũ: & ẽ spẽs sensibiliũ singulr. Intelligibilia aũt sunt que dicunt modo velocis. Res aũt exãtes in sensibilib⁹ sunt ꝑm moduz habit⁹ & passionis. Et ideo qui nihil sentit nihil addiscit: & nihil itelligit. Si igitur viderit necessario videt imagines aliquas. Imagines.n. similes sunt sensibilibus: sed sine materia. Imago enim aliud est ab affirmatiõe & negatiõe. Fides enim & nõ fides inueniunt p cõpõnez quarũdã creditionũ cuz q̃busdaz. Prime aũt creditiões p quid distinguunt ita q̃ nõ sunt imagines. Iste enim & si non sint imagines: tamen non fiunt sine imaginibus.

39 ¶ Et q: ꝓm q̃ existimat q̃ corp⁹ q̃d est vlius gen⁹ rez sensibiliũ existit in ipsis sensibilib⁹: & est vlis forma sensibilib⁹ ꝑm q̃ intellꝰ distinguit & abstrahit eam a sensibilib⁹. ¶ B.d. & intelligibilia sunt &c.i. & cũ corpus quod est vniuersal tus intelligibiliũ abstrahitur ab intellectu: sed ẽ existens in rebus sensibilibus: necesse est vt forme sint existentes in intellectu ꝑm velocitatẽ & rem velocis transmatatiõis non fixã: & q̃ ille eedẽ forme sint exãtes extra aiam in rebus sensibilib⁹ ꝑm q̃ habitus existit in ꝓhte habitũ: & res fixa in re patiẽte. ¶ B.d. & iõ qui nihil sentit nihil addiscit. i. & quintentio intellecta eadez est cum re quã sensus cõprehẽdit in sensato: necesse est vt qui nihil sentit nihil addiscat ꝑm cognitionez & distinctionẽ per intellm. ¶ B.d. si igit viderit &c.i. & ista eadẽ est cã quare intellus q̃ est in nobis cũ viderit aliq̃d aut viderit aliqua & intellexerit: ipse nõ intelliget ipsuz nisi ꝓiunctũ cum suis imagine. Imagines enim sunt aliqua sensibilia intellectui: & sunt ex loco sensibiliũ apud absentiã sensibiliũ: iz sunt sensibilia nõ mãlta. ¶ B.d. imago enim aliud est &c.i. & dixim⁹ q̃ imagines sunt de gñe rerũ sensibiliũ: & nõ sunt intellect⁹: q: intellect⁹ hz ppriaz affirmationẽ & negationẽ. Affirmatio aũt & negatio est aliud ab imaginatione: fides aũt & incredulitas existẽtes in intellectu nõ á sensu sed a rõne fiunt ꝑm cõpositionẽ creditionũ habitaz a sensu

Corp⁹ q̃d ẽ vlius genus rez sensibiliũ existit in sensibilib⁹.

Qui nihil sentit nihil addiscit.

Imagines sunt aliq̃ sensibilia itellectui & sũt ei loco sensibiliũ apũd absentiã sensibiliũ. Idem ꝑ.cõ.33.

adinuicẽ. ¶ Et.d. hoc q: est dubiũ de propositionib⁹ nãlibus quas nescimus vñ veniãt aut q̃ñ: vtrũ sint proueniẽtes a sensu aut non. Et dñ forte nõ proueniũt a sensu sicut multe cõclusiones. ¶ B.d. ꝑme aũt creditiões per q̃d distinguunt. i. vt mihi vr: per q̃d pot aliq̃s dicere q̃ prime ppõnes distinguunt a sensibilibus & non indiget eis omnino: & ideo sunt alie ab imaginatione. Prime enim propositiones & si concesserimus q̃ nõ sunt imaginatio: tamẽ videnẽ esse cum imaginatione: & hoc ostendit eas indigere sensu. ¶ Et hic est completus sermo de rationali.

Utruz ꝑme ppões sint a sensu.

¶ Tractatus Scõs. Capl'm primũ.

Uoniã aũt aĩa liũ aĩa ꝑm duas diffinita est potẽtias: discretio q̃d intellectiue op⁹ est & sensus. & adhuc in mouendo ꝑm locũ motu. De sensu q̃dẽ & intellectu determinata sint tanta. De mouẽte aũt q̃d sorte sit aĩe speculanduz est: vtrũ vna q̃dã pars ipsius sit separabilis: aut magnitudine: aut rõne: aut oĩs aĩa. & si pars aliqua sit vtruz ppria sit preter cõsuetas dici & dictas: aut harum vna aliqua sit.

¶ Qm̃ aĩe aĩaliũ diffiniunt p duas virtutes. Quarum vna est distinguẽs q̃d est ad actiõez sensus & intellect⁹. Et alia ad modũ localẽ. Et iaz distinxim⁹ sermonẽ de sensu & intellectu: & mõ opz loqui in motore: quid sit de aĩa: & vtrum sit ps vna eius distincta p magnitudinem: aut per diffinitionẽ: aut est tota anima. & si est ps eius: vtrũ est aliq̃d proprium aliud a rebus assuetis dici: aut ista dicta nõ sunt aliquid istorum.

40

Cum cõpleuit sermonez de virtutib⁹ distinguẽtib⁹: reuersus est ad sermonẽ de virtute motiua in loco & incepit dare cãm quare incepit loqui de hac virtute. ¶ Et.d. & q: aĩe aĩaliuz &c.i. & q: antiqui assueti sunt diffinire aĩas aĩaliũ duab⁹ virtutib⁹. quarũ vna est cõprehẽsiua distinctiua: alia aũt motiua in loco. & iaz determinauimus sermonẽ de virtute distinctiua p hoc q̃d dixim⁹ de virtute sensus & intellꝰ: opz nos mõ dicere de motore in loco q̃d sit de anima. ¶ B.d. & vtrũ est ps &c.i. & quẽ admodũ est ẽt de hac virtute: vtrũ sit pars aĩe: aut tota aĩa. & si est pars aĩe: vtrũ est separata ab aliis in quiditate & loco: & multi antiqui opinabãtur: aut tm̃ differt in quiditate & diffinitõe. ¶ B.d. & si est pars eius &c.i. & si ista virtus est pars anime vtrum est pars earum partiuz que dicte sunt ab antiquis: aut nõ est aliqua illarum: sed alia.

Uide ꝑmo de aĩa.19.

Q̃ ista ẽt mota fuit p i hoc tertio t.cõ.ꝑmi.

Nõ quodã aĩe ptes infinite esse videntur.

¶ Habet autez ⁊ dubitationez mor qũo oportet partes anime dicere: ⁊ quot. Modo enim quodaz infinite videntur: ⁊ non soluz quas quidaz dñt determinãtes rõnatiuaz: irascibilem: ⁊ appetitiuam. Di autez rationem hñtez ⁊ irrõnabilẽ. Scõm eniz differẽtias per quas separant has: ⁊ alie videnť partes maiorem differentiã his habentes de quibus ⁊ nunc dictum est. Et vegetatiua que ⁊ plantis inest: ⁊ omnibus animalib⁹: ⁊ sensitiua quam neqz sicut irrõnabilem: neqz sicut rationem hñtem ponet quis vtiqz facile. Adhuc aũt ⁊ phãtastica que ipso esse quidẽ ab oĩbus altera est.

¶ Et cuz hoc sermone ẽt oritur qõ: ⁊ est qũo sunt ptes anime: ⁊ quot sunt. Videtur eniz quoquo modo esse infinite: ⁊ q̃ non sunt ille partes quas homines numerant apud diffinitionez. ſ. rationabilis: ⁊ irascibilis: ⁊ desiderabilis. Et quidaz diuidunt eas in rationabilem: ⁊ non rationabilem. Diuidunť eniz ꝑm differentias diuidentes eam etiam in partes diuersas: inter quas existit diuersitas maior q̃z inter istas de quib⁹ loqmur. Scõz virtutez nutritiuam existẽtem in vegetabilibus: ⁊ virtutez sensibilem quam nullus vult numerare. Non est enim irrõnabilis neqz etiam rationabilis: ⁊ virtus etiam per quã fit imaginatio offert per se ab alijs.

41 ¶ In hac perscrutatione oritur qõ cõis oĩbus virtutib⁹ aĩe: ⁊ est qũo ptes aĩe sunt plures: ⁊ vnde: ⁊ quot sunt. D. d. moduz ex quo dificile cognoscitur quot sunt partes eius. ¶ Et. d. videtur eniz ⁊c. i. videtur eniz qñ aliquis voluerit numerare eas q̃ magis sunt infinite q̃z finite. Partes eniz eius nõ sunt ptes ille quas homines assueti sunt numerare qñ diffinũt animaz. ¶ Et. d. quoquo mõ: q: ⁊ si aliqs voluerit numerare animã concupiscibilẽ ꝑm numerũ rerũ quas concupiscit: tunc vr esse illam infinitã. ⁊ inuit Platonẽ dicẽtem partes eẽ tres. rationabilẽ: ⁊ irascibilẽ ⁊ desiderativam: ⁊ posuit irascibilem ⁊ desiderativam duas: ⁊ sunt vnꝰ virtutis. ſ. anime cõcupiscibilis. ¶ Deinde. d. ⁊ quidaz diuidunt ⁊c. i. ⁊ faciunt in hoc errorẽ ⁊ peccatum. Videť eniz q̃ anima diuidit ꝑm dñas hñdas in ptes iter quas est maior diuersitas q̃z inter istas partes in quas diuidũt animã. D. numerauit illas partes. ⁊ dixit. scilz virtutem nutritiuam ⁊c. idest Verbi gratia. hoc q̃ anima diuiditur in virtutem nutritiuam ⁊ sensibilem. Nullus enim potest ponere animam sensibilem in virtutem rationabilem neqz in virtutem irrationabilem; cum non sit de eis

Si qs nũeraret aĩam ꝛcupiscibilẽ ꝑm numerũ rez q̃s ꝛcupiscit iueniret eã infiuitam esse.

que carẽt rõne: q: est aliqd cõprehẽdẽt neqz ꝛ habẽtibus rõnez. Ratio eñ non existit in oĩbus aĩalibus. ¶ Et intẽdebat ꝑ hoc notificare errorẽ duoz diuidentiũ. ſ. diuidẽtis eã in rõnabilẽ: ⁊ irascibilem: ⁊ desiderativã: ⁊ diuidentiũ. ſ. diuidẽtis eam in rationabilem ⁊ non rationabilem. ¶ Qui eñ diuidit eam in hẽc duo difficile põt ponere in vtrãqz illaz virtutes multas. U. g. sensum ⁊ imaginationez. ¶ Qui aũt diuidit eam in illas tres: peccauit duobus modis. diuisit eñ multas dñias. U. g. nutriri ⁊ imaginari. ¶ Et etiã diuisit eã dem virtutẽ. ſ. cõcupiscibilẽ in plures vna: ⁊ cũ aĩa fuerit diuisa tali diuisione: tũc partes aĩe erũt infinite: sicut innuit primo.

¶ Qui autem harũ eadem vel altera sit hz multam dubitationez si aliquis ponat separatas partes anime. Ad hec autem appetitiua: que ⁊ ratione ⁊ potentia: altera videtur vtiqz esse ab omnibus: ⁊ cõueniens vtiqz hanc sequestrare. In rõnatiua eñ voluntas fit. In irrationabili ⁊ cõcupiscitiua ⁊ ira. Si autẽ tria in anima: in vnoquoqz erit appetitus.

¶ Et cõtingit magna qõ in quacũqz istarũ fuerit accepta ⁊ vtrũ est eadẽ: aut diuersa: ⁊ maxime si aliquis posuerit q̃ ptes anime sunt diuerse. Et inopinabile est ẽt cuz hoc qõdixim⁹ distinguere hoc qõ existimat eẽ diuersum ab oĩbus in diffinitione ⁊ actione. Principale eniz existit in parte cogitatiua. Desiderium aũt ⁊ ira inueniunť in non rõnabili. Si igit aĩa hz tres partes: tunc desiderũ inuenit in vnaquaqz illarũ.

¶ Et cõtingit nobis questio in quacũqz istarum triũ virtutuz. Aut duarũ numerauimus virtutẽ imaginationis. ſ. vtruz ista virtus sit vna illarũ virtutũ in quas diuisimus ptes aĩe: aut est diuersa ab eis. Et maxime si aliqs posuerit q̃ ptes anime sunt diuerse in diffinitione ⁊ loco. ¶ Deinde. d. Et inopinabile est ⁊c. idest. ⁊ inopinabile est diuidere hanc virtutemque existimatur esse diuersa ab omnibus in actione ⁊ diffinitione: ⁊ intẽdit virtutẽ desiderativã: ⁊ ponere eam in habente rationẽ ⁊ in carẽte rõne. Et non ponere eam ꝑpriam alteri duorum modorum: sicut est dispositio de alijs virtutibus animez sed in vtroqz. virtus enim principalis non existit nisi in aĩa rationali. ¶ Et hoc intendebat cũ dixit. In parte cogitatiua ⁊ non principali sicut desiderium ⁊ ira existit in non rationabili. Sed nos videmus istam virtutem numerari ꝑm numerum virtutũ. Ita q̃ si partes anime fuerint tres: tunc desiderium inuenietur in omnibus earum. Et hoc intendebat cum. d. si igitur anima ⁊c.

42

¶ Et etiã de quo nũc sermo istat qd forme mouẽs ꝑm locũ aĩa est. Scõm quidẽ eñ augmentũ ⁊ decrementũ

motũ: qui oĩb⁹ inest videbit vtiq; mouere generatiuũ ⁊ vegetatiuũ. De inspiratione aũt ⁊ expiratione: ⁊ somno ⁊ vigilia posterius perspiciendũ. Habẽt enim ⁊ hec dubitationem multam.

¶ Illud aũt ad qd puenimus ĩ sermone est qd est illd qd mouet aĩalia de loco in locũ. Et existimat q̃ motus q est ꝑm augmentũ ⁊ diminutionẽ existit in oĩbus. Et illud qd existit in oĩbus est illud qd existimat mouere gñatiuũ ⁊ nutritiuũ. Et post cõsiderabimus de anheli tu ⁊ somno ⁊ vigilia. In istis em̃ sunt multe qõnes.

43 ¶ Idest, sz nos nõ intẽdebamus istas qõnes ĩ hoc loco. Intẽtio em̃ nostra est pscrutari illud qd mouet aĩal in loco qd sit. ¶ B. d. ⁊ existimat q̃ motus aĩalis ꝑm augmẽtuz ⁊ diminutionez existit in oĩbus aĩalibus: ⁊ qd est tale attribuit vtuti que mouet ad generãduz ⁊ ad nutriẽduz. ¶ Et intendebat ꝑ hoc notificare q̃ iste motus est alius a motu a locali existẽti a motu locali: lz vterq; sit in loco; ⁊ q̃ motor in eis est diuersus. ¶ B. d. ⁊ post considerabimus. i. ⁊ postq̃ locuti fuerimus de hac vtute considerabimus de anhelitu: ⁊ somno ⁊ vigilia: cuz vtrũq; sit ab anima motus: ⁊ habeat multas questiones.

Jõ. 2. de aĩa 42. Et p̃ de gñatioe. 39 t. 41.

¶ Sed de motu ꝑm locũ qd mouẽs aĩal ꝑm pcessiuũ motũ cõsiderandũ. Quod quidẽ igit nõ vegetatiua potẽtia manifestũ. Semper em̃ pp aliqd motus hic: ⁊ aut cũ phãtasia: aut cum appetitu est. Nihil em̃ non appetens aut fugiens mouet: sed aut violentia. Amplius ⁊ plante vtiq; essent motiue: ⁊ vtiq; haberẽt aliquã partẽ organicam ad motũ hunc.

¶ Cõsideremus igit de motu locali: ⁊ qd est illud qd mouet animal motu locali. Et manifestũ est q̃ hoc non est a virtute nutritiua. Ista em̃ virtus semper attribuit illis. Ista aũt aut est cũ imaginatione: aut cũ desiderio. Nihil enim mouet nisi aut per desideriũ ad aliquid: aut per fugã ab ipso: nisi motus eius sit violentus. Et si ista esset etiã dispositio plantarũ essent mote ⁊ haberẽt mẽbrum organicum tpuãs hunc motũ.

44 ¶ Idest. ⁊ qz actio vtutis nutritiue est semper: ⁊ attribuit vegetabilibus. Actio aũt istius vtutis nõ est semper: neq; est in vegetabilib⁹: ⁊ iste motus q est in loco semp est cũ imaginatõe ⁊ desiderio ad aliqd. Nihil em̃ mouet vlũtarie: nisi aut desiderãdo aliquid: aut fugiẽdo ipsuz. Si igit iste motus eẽt ab aĩa nutritiua: cõtingeret vt ista aĩa

Aĩb. 2. hui⁹ c. 5 ⁊ 8. 29. Nihil mouet vlũta/

esset desiderãs: ⁊ imaginãs. ¶ Et si vtus nutritiua eẽt mouẽs in loco: oportingeret vt plãte moverent in loco: ⁊ si plãte moverent in loco: tũc haberẽt hãc dispõnez. s. imaginationẽ ⁊ desideriũ: ⁊ haberẽt etiã membrũ organicũ pr qd fit motus.

rie nisi aut desiderãdo aliqd ⁊ aut fugiẽdo ipz

¶ Sil'r aũt neq; sensitiuũ. Multa em̃ aĩaliũ sũt q̃ sensuz quidẽ hñt: manentia aũt ⁊ imobilia sunt p finẽ. Si igit natura nihil facit frustra: neq; deficit ĩ necessarijs: nisi ĩ orbatis: ⁊ imperfectis. Hmõi aũt animaliũ perfecta: ⁊ nõ orbata sunt: signũ aũt est: qz generatiua quidẽ sunt: ⁊ augmentum habẽt ⁊ decrementũ. Quare ⁊ haberẽt vtiq; partes organicas pcessionis.

¶ Et etiã ꝑm hũc modũ est aliud a sensu. Multa aĩalia em̃ hñt sensuz: ⁊ sunt quiescẽtia in eodẽ loco: ⁊ nõ mouent oĩno. Si igit natura nihil facit ociose: ⁊ perfecte operat in rebus necessarijs: nisi sit in rebus monstruosis/que non sunt perfecte. Talia em̃ animalia sunt perfecta non monstruosa: ⁊ signum eius est q̃ generant ⁊ habẽt ascensum ⁊ descẽsum, ⁊ ideo habẽt mẽbra organica per que fit motus localis.

¶ B. ⁊ oportet ꝑm hũc modũ vt ista vtus mouẽs in loco sit alia a sensu. Multa em̃ aĩalia sentiũt: sz nõ mouent oĩo. ⁊ neẽe est vt ista aĩalia nõ moueant oĩno: qm̃ cũ nã nihil facit ociose. i. nullũ mẽbrũ facit sine iuuamẽto: neq; diminuit ĩ reb⁹ nẽcẽs. i. neq; abstulit aĩali mẽbrum in quo hz iuuamẽtũ nẽcẽium: nisi hoc fit pp occasiones cõtingẽtes in minori pte: vt digit⁹ sextus. ¶ Et ista aĩalia nõ mota non hñt instrm ambulãdi: ⁊ sunt cũ hoc perfecta nõ monstruosa: ⁊ signũ ejus est q̃ generãt sibi filia: ⁊ hñt in sua vita ascẽsuz ⁊ descẽsuz: sicut alia entis nãlia: quoz esse est nãle. ergo neẽe est vt sint aĩalia nõ mota: ⁊ ideo non hñt mẽbra motus. ¶ Et debes scire q̃ nõ vtitur in loco cõmunicãtie in destruẽdo has vtutes eẽ motiuas: nisi ita: qz suũ quesitum est causa ppinqua motus: ⁊ si non: tũc sensus est vna causarum istius motus; sed causa remota.

45 Nã nihil facit ociose. ib p̃ cel. 32. Et 2. celi. 50. ⁊ 59. Oĩa entia nãlia q̃z eẽ est nãle hñt ascẽsuz ⁊ descẽsuz. Vib p̃ hoc. 2. de gña. ⁊ cor. 1. c. 57. Et ĩ 2. meteoro. ca. ꝑmo.

¶ At vero neq; rationatiua ⁊ vocatus intell'ls est mouens. Speculatiuus quidẽ enim nihil speculat agibile: neq; dicit de fugibili ⁊ psequibili. Semper aũt motus aut fugientis: aut psequentis aliquid est. Sed neq; cũ speculatus fuerit aliquid hmõi: tiam precipit aut prosequi: aut fugere. Puta multotiẽs intelligit terribile aliquid aut delectabile: nõ iubet aũt timere sz cor mouet. si aũt delectabile aliqua altera pars.

¶ Sed illud qd̄ mouet nō est pars cogitatiua: neq; illa que dr̄ intell's. Pars em̄ cogitatiua nō videt illud qd̄ facit neq; dicit aliqd in fugito: neq; ī quesito. Motus em̄ semper inuenit/ aut in fugiēte: aut in querente: neq; est etiā ex eis que qñ viderint rez talē mittēt ad querendū aut fugiendū. Ut multotiēs opinamur aliqd esse delectabile aut timorosum: ⁊ nō mittimus ad timorē. Cor aūt mouet qñ aliud membrū delectat.

46 ¶ Potest intelligi per partē cogitatiuam intell's speculatiuus: ⁊ pr partē que dicit intellectus: intellectus operatiuus. Et ideo. d. pars em̄ cogitatiua nō videt ꝛc. i. pars specularia nō ꝓsiderat de reb⁹ operatiuis: neq; de aliq̄ re vtili quesita: neq; de aliqua re nocēte fugita: motus aūt in loco non inuenit nisi aut in querente: aut in fugiente. ¶ D. d. neq; est etiaz ex eis ꝛc. i. neq; est etiam pars intellectus qui innatus est considerare in quesito ⁊ fugito: ⁊ excitat membrū mobile ad motū ad rem delectabilem: aut mēbrum mobile in timore ad motum: vt accidit nobis qñ imaginamur aliquod delectabile aut timorosum: ⁊ p̄ membrū, ꝑ p̄ium illi delectabili mouetur in nobis: ⁊ cor ꝓstringitur tunc ex illo timoroso: ⁊ intellectus nihil videt ex hoc: sz videmus ipm moueri ex illo timoroso: aut ad aliō delectabile. ¶ Et hoc intendebat cum. d. cor autem ꝛc. ita cecidit in scriptura. ¶ Et forte diminuitur ex ea tm̄ q̄ intentio esset ista. s. cor autem mouetur ex timore aut ex delectatione: qñ aliud membū delectatur: ⁊ demonstrat hoc q̄ inuenimus in alia translatione. sz multotiēs cogitat intellectus in aliquo timoroso: aut in aliquo delectabili: sed nō ꝑ hoc erit timor aut delectatio. Cor autem mouetur motu timoris: sed non ex intellectu: ⁊ cum cogitauerit in aliquo delectabili: tūc membrum aliud a corde mouetur motu delectationis.

Jdē. 2. metex. cō. 3.

¶ Amplius ⁊ p̄ecipiēte intell'u ⁊ dicēte ītelligētia fugere aliqd aut ꝑsequi nō mouet. Sz ꝑ cōcupiscentiā agit vt incōtinens. Et total'r aūt videmus qm̄ hōs medicatiua non medet: tanq̄ alterius quidē sit ꝑ p̄ū agere ꝑ scientiā: sed non sciētie.

¶ Et cū intell's miserit: ⁊ cognitio affirmauerit fugere aliqd: aut q̄rere aliqd nō mouebit. sz facit illud qd̄ cōuenit delectationi. s. q̄ non pōt se retinere. Et vl'r videmus habentē artē medicine nō sanare; q̄ aliud est p̄ncipale actionū: que fiunt per cognitionē.

¶ Et videmus ēt q̄ intell's multotiens mittit ad querendū aliquid
47 aut fugiendū: sed tm̄ hō non mouet ab eo qd̄ affirmat intell's: sed ex eo qñ cōuenit delectationi: vt accidit viro voluptuoso q̄ non refrenat se vt deceret. ¶ D. d. ⁊ vl'ter ꝛc. i. ⁊ vl'r videmus multotiēs q̄ multi

scientes aliquam artem non agunt per illā artez: sicut videmus multos medicos/ qui nō curant se cū infirmant. ⁊ hoc non est nisi q̄ aliuis motor est principalis actionis illarū actionum que agunt per cognitionem ⁊ artē: ⁊ si non/ cōtingeret vt omne habēs cognitionē alicuius operationis non ageret nisi illā rem quam scit.

Capitulum Secundum.

T vero neq; appetit⁹ hmōi motus dñs est. Abstinētes enim appetētes ⁊ cōcupiscētes non operant: quo; hñt appetitū: sz sequuntur intell'm. ¶ Vident aūt duo hec mouētia: aut appetitus: aut intell's. Si quis phātasiam posuerit sicut intelligentiā quandā. Multa enim p̄ter scientiā sequunt phātasias. Et in alijs aīalibus nō intelligētia neq; rō est: sz phantasia. Utraq; ergo motiua ꝑ locū intell's ⁊ appetitus.

Appetit⁹ ⁊ intell's videt ēē duo mouentia.

¶ P̄ncipalitas igit̄ in hoc motu nō est cognitiōis neq; etiā desiderij. Eremite em̄ desiderant ⁊ cōcupiscūt. sed nō agūt ea ad q̄ mouent p desiderū: q: ꝑsequūt intell'z. Appet igit̄ q̄ illd qd̄ facit motū est hic duo: desiderius. s. ⁊ intell's. Et si aliquis posuerit q̄ imaginatio est filius desiderio. In plurib⁹ em̄ reb⁹ cōsequimur imaginatio/ neq; sine cognitiōe. Alia em̄ aīalia nō hñt existimationē neq; cognitionē: sz imaginationē. Hec igit̄ duo. s. desiderū ⁊ intell's sunt mouētia de loco in locū.

Quod igit̄ dominat ī isto motu ⁊ appropriat ei nō est cognitiōt 48
cū multotiēs moueamur a desiderio: sz itell's videat nos nō deere moueri. Neq; ēt qd̄ dominat ī isto motu ē desiderū: q: multi hoies desiderant/ sed non cōsequunt desiderium: sed intellectum. ¶ Et cū declarauit q̄ motus localis impossē est attribui alteri istarū virtutū singlr. ⁊ apparet etiā q̄ vtraq; illarum hz introitū in mouēdo: motus enim̄z non fit sine desiderio: neq; sine intellectu aut imaginatione. D. dixit apparet ꝛc. i. apparet igit̄ ex hoc qd̄ diximus: q̄ agēs motū est duo intell's. s. ⁊ desiderū: aut imaginatio que est filius desiderio. In pluribus enim̄z rebus mouemur ab imaginatione sine aliqua cogitatione sicut aīalia mouent. Alia em̄ aīalia nō hñt cogitationē sed in loco cogitationis hñt imaginationē. Iste igit̄ due vtutes sunt mouētes de loco in locū. s. intell's aut imaginatio.

¶ Intellectus autem qui ꝑ aliqd rationat: ⁊ q̄ practicus est: differt autem a speculatiuo fine. Et appetitus omnis p̄ter aliquid est. Cuius enim appetitus

Intell's practic⁹ dr̄t a speculatiuo fine.

Ultimũ in rẽtione est principiũ in actõe. Idẽ 2. phy. 89.

hoc principiũ practici intellectus. Ultimũ autẽ principium actionis est. Quare rõnabiliter hec duo videnf mouẽtia appetitus ⁊ intelligentia practica. Appetibile enim mouet. Et propter hoc intelligentia mouet: quia principium huius est appetibile.

¶ Et intellectus operatiuus: ⁊ est cogitãs in re: differt a speculatiuo in pfectiõe. Omne enim desiderium est desiderium ad aliquid. Desiderium enim nõ est principiũ intellectus speculatiui: sed ille alius est principiũ intellectus. Et iõ necessario appet q̃ hec duo sũt mouẽtia. s. desiderium ⁊ cogitatio apud actionẽ. Desiderũ enim mouet. Et ideo cogitatio mouet q: est desideratiua.

49 Finis intellectus speculatiui ẽ scire tm̃. practici vo operari. Uiõ. 2. met. t. c. 3. ⁊ hic. ō. textu cõ. 34.

¶ D. ⁊ intellect⁹ per quẽ agit: ⁊ est cogitatiuus: operatiuus differt a speculatiuo in pfectione ⁊ fine. Finis enim speculatiui est scire tm̃. operatiui autẽ operari. ¶ D. d. ⁊ omne desiderium est desiderium ad aliqd: iõ desiderium nõ est principiũ mouẽs intellectũ operatiuũ: sed illud desideratũ mouet intellectũ: ⁊ tũc desiderabit intellectus: ⁊ cũ desiderauerit/ tunc mouebit hõ. s. a virtute desideratiua que est intellect⁹ aut imaginatio. ¶ D. d. ideo necessario ⁊c. i. ⁊ q: principiũ motus est ex desiderato: appet q̃ hec duo mouent dominẽ. s. desiderium ⁊ psensus qui sunt erga operationẽ fm hunc modũ. s. q̃ faciẽs desiderare ⁊ mouere qõ est intellect⁹ idem sunt: sz est mouẽs q: facit desiderare rem. ¶ Et hoc intẽdebat cũ. d. desiderãtum enim ⁊c. i. desideratũ enim q: ipm̃ est qõ mouet ad rem quã comphẽdit: ⁊ est intellect⁹ operãs aut imaginatio: ⁊ intellect⁹ quã cõphẽdit aliqd desiderabit p sciam: ⁊ mouebit p desideriũ: necesse est vt ipse intellectus sit mouẽs fm q̃ est desiderãs: nõ fm q̃ est cõprehendens: neq; fm q̃ desiderium est alia virtus ab intellectu: que est ẽt mouens fm q̃ ipse declarabit post. ¶ Et hoc qõ ipse. d. de intellectu operatiuo intelligẽdũ z est de imaginatiõe. aĩalia. n. vlr mouentur ab imaginatiõe: si igit forma fuerit imaginata ex cognitione: tunc motus attribuet intellectui operatiuo: ⁊ si nõ fuerit ex cogitatione: tunc attribuetur ipsi virtuti imaginatiue.

Intellectus est mouens fm q̃ est ẽ desiderãs nõ fz q̃ est cõphẽdẽs. Idem ō. cõ. 29.

¶ Et phantasia cum mouear nõ mouet sine appetitu. Unum igitur mouẽs primo qõ appetibile. Si enim duo intellectus ⁊ appetitus mouerẽt fm cõem vtiq; aliquam speciẽ mouerent. Nunc autem intellectus non videtur mouens sine appetitu. Voluntas enim appetitus est: cuius autẽ fm rõnem mouet ⁊ fm voluntatẽ mouet. Appetitus autẽ mouet preter rõnem. Concupiscentia quidem enim appetitus qõdam est.

Uolũtas appetitus est.

¶ Et principiũ huius erit in tpe in quo mouet imaginatio. Nullus igit mot⁹ erit extra desideriũ. moto: igit est vnus. s. desiderãs. Mouẽs enim si esset duo. s. intellectus ⁊ desideriũ: tunc mouerent modo cõi. Modo aũt intellectus nõ videt mouere post desideriũ. Voluntas enim ⁊ desideriũ qũ mouent in cõgitatiõe: tunc voluntas mouet: ⁊ desideriũ mouet motu qui nõ intrat cogitationẽ. Appetitus aũt est aliqd desideriũ.

¶ Idest. ⁊ principiũ huius motus qui est ex re desiderata erit in tpe in quo imaginatio mouet a re desiderata sine appetitu. Imaginatio enim primo cõprehẽdit desideratũ. s. patit ab eo fm cõprehẽsionem: ⁊ cum cõprehẽderit ipsum forte desiderabit: ⁊ cum desiderauerit ⁊ nõ erit illic aliqd desideriũ cõtrariũ: neq; alia virtus anime cõtraria tũc mouebit aĩal in loco ad illud desideratum. ¶ D. d. moto: igit est vnus. i. motõ: igitur qui est desideratũ: q: est vnus cõtinget vt illud qõ mouet ab ea qõ est mouens aĩal. s. virtus desideratiua fit vna etiã: ⁊ hoc est aut intellectus aut imaginatio: fm q̃ vtrũq; ẽ desiderãs. ⁊ si mouẽs aĩal esset duo. s. intellect⁹ per se: ⁊ virtus desiderãtiua per se: fm q̃ sunt diuersa: tũc motus aĩalis non pueniret ab eis: nisi accidentalr. s. per nãm cõem istis duabus virtutibus que eẽt alia ab vtraq; illarũ. ¶ D. d. mõ autẽ intellectus ⁊c. i. ⁊ si ita esset cõtingeret vt intellectus per se moueret aĩal: ⁊ etiã desideriũ per se: ⁊ non est ita. Intellectus enim nõ videt mouere nisi voluntarie: sicut imaginatio nõ videt mouere sine desiderio. ¶ Et differẽtia inter voluntatẽ ⁊ desideriũ est q: qũ voluntas ⁊ desideriũ mouẽt: tunc volũtas mouet fm cõgitationẽ ⁊ desideriũ aũt mouet nõ fz cogitatõẽ. ¶ D. d. ⁊ desideriũ est aliqs appetit⁹ ita cecidit ĩ scriptura ⁊ est falsuz ⁊ dz legi. ⁊ appetit⁹ est. aliqd desideriũ. i. q̃ pars aĩe desiderãs est mouẽs vniuersalr. Si igit desiderauerit per cogitationẽ dicetur volũtas: ⁊ si fuerit sine cogitatione dicetur appetitus. Et demõstrat hunc errorẽ alia translatio in qua dicitur: appetitus autem mouet sine cogitatione: q: appetitus est motus desiderij.

50

Bria inter volũtatẽ ⁊ appetitũ.

¶ Intellect⁹ quidẽ omnis principiorũ rectus est. Appetitus autẽ ⁊ phantasia recta ⁊ non recta. Unde semper quidẽ mouet appetibile. Sed hoc est bonuz: aut apparens bonum. Non autem omne: sed actuale bonum. Actuale enim est contingens ⁊ aliter se habere.

Intellectus pncipiorũ rectus est. Bonũ verũ aut appens est appetit⁹ obiectum.

¶ Omnis igit intellect⁹ est rectus. Appetit⁹ aũt ⁊ imaginatio qũq; sunt recti: ⁊ qũq; non. Et iõ pars appetitiua mouet semp: sed hoc aut erit bonũ: aut existimabit ẽ bonũ: ⁊ nõ in oibus. illud. n. actuale est laudabile: ⁊ actuale est illud qõ potẽ est vt habeat rẽ alio modo.

51 ¶ B. ⁊ oīs actio ex intellectu est recta: actōes aūt que fiunt ex appetitu ⁊ imaginatiōe/ qñq; sunt recte: qñq; non. Et ideo pars appetitiua mouet semp: q: mouet ad rectū: ⁊ nō rectū. Intellect⁹ aūt nō mouet nisi ad rectū tm: ⁊ iōnō mouet sp. ¶ B. d. sz hoc aut est bonū. cē. esse bonū: sz nō est. Et hoc bonū ad qd mouet ista virtus nō est bonū cōe oībus. Illud enīz bonū qd est in actu semp est laudabile simplr. ¶ Et hoc intēdebat cū. d. sz nō in oībus. illud. n. actuale est laudabile. i. ē illud bonū existēs in oībus. illud. n. bonū qd semp est actuale est laudabile. ¶ B. d. ⁊ actuale est illud qd pōse est cē. i. ⁊ bonum qd est pura actio est bonū qd mouet alio mō a mō fm quē mouent ista bona: que quādoq; sunt potētiat qñq; actu. ¶ Et pōt intelligi p hoc qd. d. sz nō in oībus. i. ⁊ bonū ad qd mouet ista virtus: nō est bonū fm totū. i. semp ⁊ simplr. illud. n. bonū qd est actu ponit esse laudabile. ¶ Vel alr: sz nō in omnib⁹. i. sz bonū qd cōprehendit ista virtus nō est bonū existēs laudabile ab oībus: sz bonū intellectui: operationi est laudabile apud illam virtutē: ⁊ bonuz qd pōt inuenirī alio modo ab eo fm quem est bonum. Bonum autē cōe oībus est bonum purum. ¶ Et intentio in istis est propinqua: ⁊ quasi ista postrema videtur conuenientior.

Bonuz qd semp est actuale ē laudabile. oppositum. 5. ethi. ca. 16.

¶ Qd quidē igit hmōi potentia anime mouet que vocatur appetitus manifestū est. Diuidētibus aūt aīe partes: si fm potētias diuidāt ⁊ separēt valde multe fiunt. Vegetabile: sensibile: appetitiuū: itellectiuū: ꝓfiliatiuū. Hec. n. plus dīnt abinuicē: qz ꝓcupiscibile ⁊ irascibile.

¶ Jam igit apparuit q; talis virtus anime mouet: ⁊ est que dicitur appetitiua. Et diuidētes animā si diuidunt eam fm virtutes: tunc inuenīūt multas partes valde. s. nutritiuā: ⁊ sensibilez: ⁊ intelligentē: ⁊ cogitatiuā: ⁊ desideratiuā. Jsta enīz distincta sunt abinuicē: ⁊ magis desideratiua: ⁊ similiter irascibilis.

52 ¶ Idest. iā apparuit ex hoc sermone q; talis virt⁹ virtutū aīe q cōprehēdit rē ⁊ cōsiderat ipaz est virt⁹ mouēs aīal: ⁊ ē q dr appetitiua. Et illi q solēt diuidēr aīaz ī tres aut ī duas ptes: oportebat eos si itēdebat diuidēr illā sz ōtutes hūdas: diuidēr eas ī plres ptes: cū plres hēant ptes illis trib⁹. U. g. nutritiuā: sensibilē: intelligibilē: ⁊ cogitatiuā.

¶ Qm aūt appetitus sunt cōtrarij adinuicē: hoc autez accidit cū ratio ⁊ cōcupiscētie cōtrarie fuerint. Sunt autem in ipsis tpis sensuz habētibus. Jntellect⁹ quidē enī pp futurū retrahere iubet: cōcupiscētia aūt pp ipsz iam. Videt enīz qd iam delectabile: ⁊ simplr delectabile: ⁊ bonum simplr: ꝓpterea q; non videt quod futurū.

¶ Et ꝓpter diuersitatē appetitus ꝓtrariant sibi adinuicē: ⁊ hoc accidit qñ modi appetitus fiunt oppositi: ⁊ non erit nisi habēti sensum p tps. Et intellectus coget nos ad ꝓhibendū propter rem futurā. Et appetitus ꝓpter rem presentis voluptatis. Existimatur enim q; res presentis voluptatis est voluptas simpliciter: q: nō aspicit rem futuram.

¶ Potest intelligi ⁊ ꝓpter diuersitatē appetituū: qui sunt in anima cōcupiscibili cōtradicunt sibi in motu adinuicē. ¶ Vel alr. i. ⁊ ꝓpter diuersitatē appetitus anime cōcupiscibilis ab intellectu ꝓtradicūt sibi adinuicem: ⁊ hoc est manifestius. ¶ B. d. ⁊ accidit hoc cē. i. ⁊ hoc accidit ī eadē re qñ modi appetituū in ea fuerint oppositi: ⁊ iste modus cōtrarietatis nō inuenīt nisi in aīali qd cōprehēdit tps: q: comprehēdit aliqd ex re in pñti tpe: qz illud qd est ex ea ī futuro. ¶ U. g. q; in eadē re iudicare: qd modo est voluptabile ⁊ in futuro cōtristabile. ¶ B. d. ⁊ intellectus coget ad ꝓhibēdum: ⁊ intēdebat demonstrare diuersitatē duorū modorz in appetitū. s. appetitū intellectus ⁊ appetitū anime cōcupiscibilis. Anima enīz concupiscibilis mouet ad rem que est in actu voluptuosa: anima autez rōnalis multotiens ꝓhibet: ⁊ hoc pp nocumentū futurū. U. g. coitus ⁊ crapula. ¶ B. d. existimat igit cē. i. multi igitur existimāt q; res presentis voluptatis est voluptuosa simplr: ⁊ nunq; cōtristabilis: q: virtus cōcupiscibilis nō inspicit cōtristationē cōtingentē in futuro.

53

Aīa cōcupiscibilis mouet ad rē q est actu voluptuosa: sz rōalis multotiens ꝓhibet.

¶ Specie quidē igit vnū erit mouēs appetibile aut appetitiuū. Primū aūt oīum appetibile: hoc enīz mouet: cū nō mouet: eo q; sit itellectiuū: aut imagiatiuū: numero aūt plura mouētia. Qm aūt tria sunt: vnū qdez mouens: scdm aūt quo mouet: ⁊ tertiū qd mouet. Mouēs aūt duplex: aliud quidē imobile: aliū aūt mouēs ⁊ qd mouet. Est autē imobile actuale bonū. Mouēs autē: ⁊ qd mouet appetitiuū. Mouetur enīz qd mouetur fm q; appetit: ⁊ appetitus actus aut motus quidā est. Qd autē mouet animal est: quo vero mouet organo appetitus iam hoc corporeū est. Unde in cōmunibus corporis ⁊ anime operibus considerāduz de ipsis.

¶ Et mouēs est appetitū fm q; est appetituz. Appetitum enim precedit alia. Hoc enim mouet ⁊ non mouet: q: mouet imaginationē: ⁊ intellectū. Mouētia aūt sunt multa in numero: q: res per quas fit motus sunt tres. Quaruz vna est motor: ⁊ alia res per quam mo/

uet: ⁊ tertia motū. Et motor est duobus modis: iste aūt est nō mobilis: ille vero est mobilis. Non mobilis autē est bonum intellectū. Motor autē ⁊ motū est appetitiuum. Mouet enim illud qd̄ mouet ꝓ qd̄ est appetitiuū: q: appetitus est aliqs motus. s. qui fit per ĩtellectū. Et qd̄ mouet est aīal: ⁊ instrm̄ mouens est appetit°: ⁊ ista sunt corpora: alia: ⁊ ideo querenda sunt in actionibus cōmunibus anime ⁊ corpori.

54 ¶ Idest. ⁊ primus motor in hoc motu est res appetita ꝑm q̄ est appetita. Res enim appetita precedit alia mouētia animal in hoc motu: q: ista mouet ⁊ nō mouet. ⁊ ista est dispō a primi motoris. ¶ B.d. mouet imaginationem ⁊ intellectum. i. ⁊ est motor quia mouet imaginationem quando appetitus fuerit partis imaginatiue: aut intellectū: si appetitus fuerit istius partis animę. ¶ B.d. mouētia autem sunt mota in numero. i. mouētia autem quibus fit iste mot° sunt plura vno. B.d. q: res per quas fit motus ⁊c. i. ⁊ cū cōtingit vt motor sit plures vno: pp hoc qd̄ declaratū est in sermonibus vlibus. s. q̄ omnis motus fit per tres res. s. quarū vna est motor qui nō mouet: ⁊ alia illud p qd̄ mouet: ⁊ hoc est motor: ⁊ motū: tertia aūt est motus ⁊ non motor. ¶ B.d. ⁊ motor est duobus modis ⁊c. i. ⁊ declaratus fuit illic q̄ motor est duobus modis. s. motor nō motus: ⁊ iste est primus: ⁊ stranit quid est vnū q̄d̄ q̄ ista ⁊ trium in hoc motu: ⁊. d. nō motū autē est bonū intellectū ⁊c. i. illud aūt qd̄ est in hoc motu mouēs nō motū est bonum intellectū qd̄ cōprehēdit anima appetitiua. Motor autē ⁊ motū est res appetitiua. i. corpis mēbrum in quo est ista ps anime: appetitus autē est motus: q: est a re appetita p intellectū i actu. ¶ Et forte hoc intēdebat cum. d. q: appetitus est motus. s. qui est in actu. i. appetitus qui est a re appetita in actu. ¶ Vel aliter. i. appetitus qui ē appetitus in actu: motū aūt ⁊ nō motor qui est tertia res in hoc motu est aīal. B.d. ⁊ instrm̄ est appetitus ⁊c. i. ⁊ q: illud p qd̄ mouet primus motor: necesse est vt sit corpus cū sit motū: vt declaratum est in vlibus sermonibus: ⁊ appetitus hoc est illud p qd̄ mouet prim° motor. ergo res appetitiua p quā mouet animal est corpus: ⁊ appetit° est forma eius. ¶ Et iō optz querere ea p que fit iste motus: vbi loquitur de actionibus cōibus aīe ⁊ corpori. i. in pte sciētie naturalis in qua loquit de istis actionib° cōibus: vt in somno ⁊ vigilia: ⁊ ipse locut° fuit de hoc in tractatu quē fecit de motu aīalium. Sed iste tractatus non venit ad nos: sed quod transferebatur ad nos fuit modicum de abbreuiatione Nicolai.

Ex ꝑ ꝑz obiectū in mēte mouēr vt efficiēs. idē 12. met. c. 36

a Bispō primi motoris est vt mouet ⁊ nō moueat. Idem 8. phy. 42. 52. 78.

¶ Nunc autez vt in summa dicatur mouens organice vbi principiū ⁊ finis idem velut gyglismus: siue in circulatione. Hoc enim gibbosum ⁊ cōcauū. Hoc quidez finis. Illud vero pricipiū. Unde aliud quidē quiescit:

8. physi. 35.

aliud

aliud quidem mouetur. Ratione quidem altera entia: magnitudine vero inseparabilia. Omnia enim pulsu ⁊ tractu mouētur: ppter qd̄ oportet sicut in circulo manere aliquid: ⁊ hinc incipere motum.

¶ Et dico mō vtr: q̄ corp° mouet motu cōsimilitudinis. Ubi. n. est principiuz: illic etiā est finis: sicut mot° gyratiuus. In hoc enim inuenitur gibbositas ⁊ concauitas: illud autez finis: hoc autē principium. Et ideo hoc est quiescens. hoc vero motum: quāuis in diffinitione sint diuersa: in magnitudine aūt non sunt distincta. Omne enim qd̄ mouet: mouet ꝑm expulsionē: aut attractionē: Unde necesse est vt res gescat: sicut illud qd̄ est in circulo. Et q̄ principiū motus sit ex hoc.

55 ¶ Cum notificauit q̄ querere de rebus per quas fit iste motus conuenientius est in alio loco: incepit narrare h quādam rem vniuersalem. ¶ Et. d. ⁊ dico modo vniuersaliter ⁊c. i. ⁊ dico modo q̄ corpus mouetur a primo instrumēto: ita q̄ primuz instrumentuz qd̄ mouet ipsum qd̄ est subiectuz anime desideratiue est in corpore animalis in vno loco a quo expellūtur partes partis mote anim alis: ⁊ ad quam attrahūtur partes illius partis ab illo instrumēto: omnis enim motus cōpositus ex attractione ⁊ expulsione: necesse est vt principiuz a quo est expulsio sit finis ad quem est attractio. ¶ Et ideo. d. sicut motus gyratiuus. Motus enim gyratiuus cōpositus est ex attractione ⁊ impulsione. ¶ Quoniā aūt motus aīalis cōposit° est ex attractione ⁊ impulsione: manifestuz est qm̄ pars dextre mouet a nobis: ⁊ sustentati fuerimus sup sinistrā: tunc quedā partes illius partis erūt expulse ad interius: ⁊ quedam attracte: ⁊ sunt partes que sunt posteriores ⁊ attractio ⁊ expulsio earum nō est rectitudine: sed ꝑm lineas non rectas: magis curuas q̄ rectas: ⁊ ideo assimilat gyro. ⁊ instrumētū per qd̄ corpus desiderat primo: ⁊ vniuersalr non est cognitum a nobis. ¶ Et in loco huius sermonis inuenimus in alia trāslatiōe sermonē manifestiorē sic. Dicamus igitur breuiter q̄ motor est quasi habens eandem dispositionē in suo principio ⁊ suo fine: sicut illud qd̄ dicitur grece gyglismus: est eiz in eo gibbositas ⁊ concauitas: ⁊ vnum eorum est finis. ⁊ aliud principium. ¶ B.d. in hoc eniz inuenit gybbositas ⁊ cōcauitas. i. in omni eniz qd̄ mouet ꝑm expulsionez ⁊ attractionez nō recte conuenit esse concauitatē ⁊ gibbositatē: ita q̄ gibbosum fit quiescēs: a quo erit principiū expulsionis: ⁊ ad qd̄ fit finis attractionis: ⁊ concauū fit motum: sicut est dispositio corporis moti circularitē. Omne a enim corpus qd̄ mouet circulariter motus eius cōponitur ex attractione ⁊ expulsione. sicut dictum est in. 7. physico. ¶ B.d. illud aūt ē finis: hoc aūt principiū ⁊c. i. ⁊ ista pars quiescēs est per motum attractionis finis: ⁊ per motum expulsionis principium. ⁊ ideo necesse est vt gibbosum aut illud qd̄ est loco gibbosi fit

a Oē corp° qd̄ mouetur circulariter mot° ei° cōponit ex alteratione ⁊ expulsione. considera ō motu celi.

quiescens aut cõcauũ: aut illud qõ est loco concaui sit motũ: hz principium & finis in hoc motu sint diuersa in diffinitiõe: in magnitudine autẽ idem sunt sicut centruz: & hoc est econtrario de motu recto. s. q̃ principiuz & finis sint in eo diuersa in diffinitiõe & in magnitudine: & membruz qõ est tale in animali est co: ꝓ in ipsuz. ¶ B. d. omne enim qõ mouet: mouet ꝓ m aliquã gibbositatẽ. i. & fuit necesse vt in aialis sit tale membrũ quiescẽs: q; est principiũ motus expulsionis: & finis attractionis: pp hoc q̃ oẽ qõ mouet ꝓ m attractionẽ & expulsionez: necesse est vt sit ꝓ m aliquod gibbosuz quiescẽs ad qõ peruenit mot⁹ attractiu⁹ & a quo incepit motus expulsiuus. & ideo necesse est vt in omni tali sit aliqõ fixum qõ sit principiũ & finis sicut centrum in circulo. ¶ Et iste sermo edificat super duas ppõnes. ¶ Quarũ vna est q̃ motus animalis in loco cõponit ex expulsione & attractiõe. ¶ Secunda est q̃ oĩs motus cõpositus ex attractiõe & expulsione habeat finis attractiui. Apparet enim q̃ necesse est in omni motu vt illud a quo est motus & ad qõ est motus sit quiescẽs. Cum igitur motus fuerit cõpositus ex expulsione & attractione: ꝓtinget vt hoc quiescẽs sit idem. Cum igitur he due propositiones fuerint cõcesse: consequit ex eis q̃ in aialis est mẽbrum quiescẽs: a quo incipit motus expulsiu⁹: & ad qõ puenit. Et q; videm⁹ q̃ vltimũ mẽbruz qõ quiescit in motu locali est co: necesse est vt eius principiũ sit ex eo. Si igitur est intelligendus iste locus: & iste ꝓpositiões sunt manifeste: & apparẽtes: sed verificare eas per inductionẽ & dare causas apparẽtium in hoc prouium est sermoni de motu animaliuz locali.

In motu recto ꝓncipiũ & finis sunt diuersa i diffinitõe & in magnitudie in circulari diffõne tm. Consile. 8. phy. cõ. 73. Et. 2. celi. t. cõ. 35.

Appet q̃ necesse ẽ in oĩ motu vt id a quo ẽ motus & ad qõ est mot⁹ sit quiescens necessario. Jõ 4. phy. 43. & 8. phy. c. 84. & 21.

¶ Oino quidez igitur sicut predictũ est: inquãtum appetitiuum animal: sic ipsius motiuuz est. Appetitiuũ aũt non sine phãtasia. Phãtasia autẽ omnis: aut rationalis: aut sensibilis est. Hac quidẽ igitur & alia animalia participant. Considerandu aũt & de imperfectis: quid moueus est: quibus tactus soluz inest sensus. vtrum cõtingat phãtasiam inesse his: aut non: aut & cõcupiscentiaz. Videtur enim letitia & tristitia inesse. Si autẽ hec & cõcupiscentiam necesse. Phãtasia autem quõ vtiqz inerit: aut sicut mouent indeterminate: & hec insunt quidez: indeterminate autez insunt.

In aialib⁹ imperfectis ẽ indeterminata phãtasia

¶ Et vniuersaliter sicut diximus q̃ res ꝓ m q̃ est aial hz appetitum: sic per illam intentionem mouet se: & deide rium non est extra imaginationem. Omne enim imaginatuz: aut est sensibile: aut cogitabile. Hoc eniz inuenitur in alijs aialibus. Cõsiderem⁹ igitur in animalib⁹ non perfectis quid moueat ea: in quibus sensus non est

nisi per tactum tantum. Dicamus igitur vtrum sit possibile vt habeant tristitiam & delectationez: & si hec duo habent: de necessitate habent appetitum. Quõ igitur erit imaginatio: aut forte sicut mouẽtur motu interminato: sic etiaz existit in eis. Est eniz in eis sicut diximus cum imaginatione sensati non terminati.

56

¶ B. & q; res ꝓ m q̃ est animal hz appetitũ: necesse est vt per illã intẽtionem moueat se: & oĩs appetitus nõ est sine imaginatiõe. Omne. n. imagnãs: aut hz illam formã imaginatiuã a qua mouet ex sensu aut hz eam ex cogitatione. In hoĩe aũt habet ex cogitatiõe: in alijs vero aialibus a sensu. Et cum posuerim⁹ q̃ oĩs appetitus fit ex imaginatione: imaginatio aũt fit ex quinq; sensib⁹ in aialib⁹ pfectis. ¶ Opꝰ cõsiderare quõ mouent aialia impfecta que nõ hñt tactũ tm: & manifestum est q̃ si ista hñt delectationẽ & tristitiam: necesse est vt habeant appetitum: sed si posuerimus ea habere appetituz necesse erit vt habeant imaginationẽ: sed ista existimat non habere imaginationem cum nõ moueãtur ad sensibilia nisi apud presentiam eorum: aut moueant motu nõ terminato. ¶ Sed quocunq; modo fit. dicamus q̃ quẽadmoduz mouentur motu nõ terminato. i. ad intentionẽ nou terminataz. ita videtur q̃ imaginantur imaginatione nõ terminata: cum sentiant sensu non terminato.

Bubium.

Idem. 2. de ala. 20.

Solutio.

¶ Sensitiua quidem igitur phãtasia sicut dictum est & in alijs animalibus inest. Deliberatiua autem in rationabilibus. Utrum enim aget hoc: aut hoc iam rationis est opus: & necesse semper vno mẽsurare. Maius enim imitatur: quare potest vnum ex pluribus phãtasmatibus facere. Et causa hec eius q̃ non putari opinionem habere. Qm̃ eaz que ex sylloglismo nõ hz. Hec aũt illã. Propter qõ deliberatiuũ non hz appetitus. Vincit aũt & aliqũ & mouet deliberationẽ. Aliquãdo autem mouet seipsum sicut sphera appetitus appetitũ: cũ in cõtinẽtia fuerit. Mã aũt semp que sursuz principalior est & mouet vt tribus lationibus moueatur.

Mã superior principalior est.

¶ Et hoc ẽt inuenit in alijs aialibus. Virtus aũt cogitatiua est in rõnabilib⁹ tm̃. Eligere autẽ facere hoc: aut hoc est de actione cogitatiua. Et numerat ipsum vnum de necessitate. Mouetur enim erga maius: ita q̃ potest ex multis imaginationibus vt agat: & hec est causa existimationis. Non enim habet cogitationem quia non

habet rem que fit a ratione: ⁊ hoc est qd est illius pro/
pter delectationem: quia non habet virtutem cogitati/
uam. Dominatur igitur ⁊ mouet quandoq illud: ⁊
quãdoq aliud. Appetitus enim mouet appetitum ꝑm
spheram quando habuerit intentionem continentie.
Est enim ꝑm naturaz prior ⁊ motor: ita q̃ sint mote er/
ga motum.

57 ¶ Et imaginatio existit in alijs animalibus: cogitatio autem in ra/
tionabilibus. Eligere enim facere hoc imaginatum ⁊ non hoc est de
actione cogitationis: non de actione imaginationis. Judicans enim
q̃ hoc imaginatũ est magis amabile q̃ hoc: ꝯ esse eadem virtus de
necessitate que numerat imaginationes. ⁊ in quibusdam iudicat ma
gis delectabilius. ¶ Et hoc intendebat cum. d. ⁊ numerat ipsuz vnũ
illas imagines donec comprehẽdat ex eis magis amatum: sicut vnũ
numerat numeros inequales donec comprehẽdat ex eis magis ma
iorem. Similiter cogitatio numerat imaginationes ⁊ comparat in/
causa quare animal rationale hz existimationẽ. Existimatio enim
est consensus qui prouenit a cogitatione. ¶ Deinde. d. non enim hz
cogitationem ⁊c. i. preter animal rationale nullum hz cogitationez
q̃ non hz rationez: ⁊ motus animaliuz est ꝓpter delectationez: ⁊ est
motus simplex non diuersus q̃ nõ habet virtutem cogitatiuam cuz
appetitu: ita q̃ he due virtutes dominarent sibi adinuicem adeo q̃
moueretur animal quãdoq ꝓpter voluptatẽ: sicut in animali rõnali.
¶ Deinde. d. appetituz enim mouet appetitum ⁊c i. accidit enim in
habenti plus q̃ vnum appetitum: vt animal moueat in quibusdam
locis a duobus appetitibus nisi insimul quãdo accidit vt vnus ap/
petitus fuerit dominãs ⁊ cõtinens secũdum: tunc enim inducet ipsuz
ad suum motum: quãdo appetitus dominat' remanet motus in suo
motu proprio: sicut accidit in corporibus celestib'. Vnusquisq enim
stellarum fixarum motu diurno: hz cum suo appetitu proprio moueã/
tur motu ꝓprio. ¶ D. d. est enim ꝑm naturã ⁊c. i. ⁊ accidit huic sphere
cõtinẽti alias. s. dominari sup eas pp hoc q̃ est prior nã alijs ⁊ mo/
uens eas: ita vt p hoc accidat vt alie moueant ab ea.

Differentia inter phãta siam hois ⁊ aliorum animalium.

Jdẽ. 12. me. 37. ⁊. 44. Et 2. celi. 58.

¶ Scientificuz autẽ non mouetur sed manet. Quoniã
autẽ hec quidẽ vniuersalis existimatio ⁊ ratio: alia vero
particularis. Hec quidez enim dicit q̃ oportet talez tale age
re: h autẽ q̃ hoc quidẽ tale: ⁊ ego autẽ talis: iam h mouet
opinio: nõ que vniuersalis: autem ⁊ q̃: sed h quidẽ quie/
scens magis: h autem non.

¶ Virtus autẽ scientialis nõ mouetur sed quiescit: q̃ illa
est existimatiõis ⁊ iudicij vlis insimul: ista autẽ est par/

ticularis. Hoc enim facit q̃ oportet tale facere talẽ actionẽ:
⁊ illud est q̃ ista res est ꝑm hunc modũ: ego et sum ꝑm
illum. Hoc. n. et mouet: sed nõ vniuersale: ⁊ vtrũq: sed
illa est quiescens: ista autem non.

¶ Virtus autẽ que cõprehẽdit vle nõ mouet ad cõprehensuz: q̃ ista 58
virtus est existimatiõis tm ⁊ cõprehẽsionis rei vlis: res vlis nõ mo/
uetur oino: cuz nõ sit aliqd hoc, i. singulare. Virt'. n. que cõprehẽdit
particulare est pticularis ⁊ mouet qñ mouet. Intẽdebat igit ꝑ p vir
tutem scialez virtutẽ cõprehendentẽ rem vlem. ¶ D. d. illa. n. facit
⁊c. i. virtus. n. que cõprehẽdit vle affirmat q̃ oportet talẽ agat talem
actionẽ: virtus autẽ pticularis est que cõprehẽdit exẽpluz sibi ꝑm hãc
disponẽs quã affirmauit si eet sciẽs vt ageret illã actionẽ. Proueniet
igit a cõprehẽsione istarũ duarũ virtutuz cõgregatio ꝑ quã fit actio.
¶ D. d. hoc. n. mouet ⁊c. i. intẽtio. n. pticularis mouet: motio autẽ ad
vletaut nõ est ei: aut dicam' q̃ motio est vtriq. Sed est vli q̃: est qe/
scens: ⁊ pticulari q̃ est motuz. ⁊ hoc intẽdebat cũ. d. illud autẽ est qe/
scens: istud autẽ nõ. i. sed si vle fuerit mouẽs erit ꝑm q̃ est quiescens:
aliud autẽ particulare ꝑm q̃ est motum.

¶ Capitulum Tertium.

Egetabilem quidem igitur animaz necesse
est habere omne quodcũq viuum: ⁊ animã
hz a generatione vsq ad corruptionẽ. Ne/
cesse est enim qd generatur augmẽtum habe
re: ⁊ statuz: ⁊ decremẽtuz: hoc autẽ sine alimẽ
to habere impossẽ. Necesse igit inesse vegetabile potẽ/
tiam in oibus generabilibus ⁊ corruptibilibus.

¶ Necesse est igitur vt anima nutritiua sit in omni: ⁊ vt
anima existat in eis de generatione vsq ad corruptio/
nem. Necesse est enim vt omne generatũ habeat prin/
cipium ⁊ finẽ: ⁊ descẽsum: que nõ possunt eẽ sine nutri/
mento. Ergo de necessitate virtus nutritiua est in oib'
rebus augmẽtabilibus ⁊ diminuibilibus.

Cum cõpleuit sermonẽ de oibus virtutib' aie vlibus vult de/ 59
monstrare que est ex eis in aialibus pp necessitatez: ⁊ que
pp melius. ¶ Et. d. necesse est igitur vt aia nutritiua sit in oi viuo de
prima gnatione vsq ad corruptionẽ. Necesse est enim vt oẽ hñs aiaz
hẽat cremẽtuz ⁊ diminutionẽ: cũ impossẽ est vt subito veniat ad suaz
pfectionẽ postremã: sed descẽdendo paulatiz: ⁊ intrãdo in senectutẽ.
Et q̃: cã cremẽti nihil aliud est q̃ nutrimẽtuz: ⁊ cã diminutiõis nihil
aliud est q̃ defectus cibi ⁊ eius paucitas: necesse est vt aia nutritiua
sit in omni qd crescit ⁊ senescit: ⁊ q̃ omne viuum est tale: necesse est
vt omne viuum sit nutribile.

Scdo de aia 14. 3. de aia 44. octauo phy. 20.

¶ Sensum aũt non necesse in oĩbus viuentibus. Neq; enim quoruncũq; corpus simplex contingit habere tactum. Neq; sine hoc possibile est esse. Nullum animal. Neq; autem quecũq; non susceptiua speciẽ sine materia. Animal autez necesse sensum habere: si nihil frustra facit natura. Propter enim aliquid omnia que sunt natura subsistunt: aut concidentia sunt eorum que sunt pp aliquid. Si igitur omne processiuuz corpus non habet sensum corrũpetur vtiq; & ad finez vtiq; veniet qui est nature opus. Qũo enim aletur: manentibus quidem enim existit nutrimentum eo in loco: vbi nata sunt: quo nutriri possunt suapte natura.

Nã nihil facit frustra.

¶ Et nõ est necessariũ sensibilem esse simpliciter: & impossibile est sine ista vt aĩal sit viũ: neq; ẽt in reb^ꝰ que nõ recipiunt formã sine mã. Necesse est igitur vt sensus sit in aĩalibus: si nã nihil facit ociosuz. Oĩa enim existẽtia per naturaz aut sunt propter aliquid: aut sunt accidẽtia consequẽtia que sunt ꝓpter aliquid. Omne enim corpus ambulans siue sensu corrũpitur: & non venit ad finem cum fuerit de actione nature. Notuz est igitur q̃ de necessitate inueniet sensibilis in animalibus. Quoniã ꝓm modum est motus sine sensu. Sed iste etiam est in eis que inata sunt quiescere.

60

¶ Et nõ est necessariũ vt virtus sensibilis sit simplr. i. in oĩbus reb^ꝰ que crescunt & corrũpunt. Sed in aĩalibus tm̃ est neĉe vt sit virtus sensibilis. Impossibile. n. est sine hac virtute vt aliquid sit aĩal: & hoc est in reb^ꝰ recipiẽtibus eaz: nõ in mã. Hoc enim nomen a vita dr̃ de eis & ĩstis equiuoce: & inuit corpora celestia. ¶ B. d. necesse est igitur vt sensus sit in aĩalibus & c. i. apparet q̃ necesse est vt sensus sit in omni aĩali: & hoc q̃ nã nihil facit ociose. ¶ Omnia b eiz nãlia aut sunt pp aliquid: aut sunt accidẽtia ꝓnia naturã de necessitate & nõ intenduntur. U. g. pili qui oriunt in locis nõ determinatis in corpore: & cum ita sit si animal nõ haberet sensum cũ hoc q̃ est ambulans statim corrũperet anteqũ peruenirẽt ad cõplemẽtuz: & tũc nã ageret ociose: cum incepit generare entia que nõ possunt peruenire ad finẽ in maiori parte: aut oino. Notum est igitur q̃ necesse est vt virtus sensibilis sit in aĩalibus ambulãtibus de necessitate. s. querẽtib^ꝰ nutrimentuz. ¶ B. d. est enim ꝓm modum motus sine sensu. i. q̃m si inuenirẽtur aliq̃d moueri in loco sine virtute sensibili: tũc illius esse est nõ diuerso ab esse generabiliũ & corruptibiliũ: & inuit corpora celestia.

Uiõ. 12. me. 36. & 2. celi 61. Et. 2. de aĩa. 15.

a Uita equoce dr̃õ supio rib^ꝰ & ĩferiorib^ꝰ. Cõsile 2. celi. 60. & 71.

b Oĩa nãlia aut sunt pp aliquid: aut sũt accẽtia ꝓnia nãm & necessitate. Idez. 2. ph. tex. 60. & 8.

Ista enim q̃ non sunt gñabilia neq; corruptibilia si haberent sensum: tunc natura ageret ociose: quẽadmodu si ista mobilia generabilia & corruptibilia non haberẽt sensum: tunc nã ageret ociose. ¶ Beind. d. sed iste etiã est in eis que innata sunt quiescere. i. ꝗ priuatio sensus dz esse & generabilib^ꝰ & corruptibilibus in eis q̃ innata sunt quiescere & non moueri ad nutrimentũ. s. in ꝗ generabilibus.

¶ Non põt aũt corpus habere quidez aĩam & intellm̃ discretiuũ: sensum aũt nõ habere: non manifestũ existẽs: gñabile aũt: at vero neq; ingenerabile. Quare non habebit: aut enim anime melius aut corpori. Nunc autez neutrũ est. Hoc quidez enim̃ non magis intelliget. Hoc aũt nihil erit magis ꝓpter illud.

¶ Et impossibile est vt corpus hñs animam & intellectũ & iudiciũ sit sine sensu: cum non sit remanẽs: siue fuerit generatũ: siue nõ fuerit gñatum etiã. Causa enim̃ pp quam hz hoc/est q̃ nõ iuuat p illud corpus & aĩa. Modo aũt non est aliq̃d istoꝝ etiã. Illud aũt q̃ in maiori parte nõ intelliget. Istud aũt q̃ in maiori parte non est.

¶ Dixit. Et impossibile est vt corpus habeat animã & intellm̃ sine sensu cũ illud corpus nõ est remanẽs sed gñabile & corruptibile: siue fuerit simplex siue cõpositũ. ¶ Et hoc intendebat cũ. d. vt reputo gñatum: aut nõ gñatum: causa enim̃ pp quã hz esse corpus aĩatum nõ adiuuat per sensum sine sensu si põt esse: est q̃ illud corpus aĩatum nõ adiuuat per sensum neq; in aĩa: neq; in corpe. Sz si posuerimus corpus aĩatũ intelligẽs esse nõ gñabile: neq; corruptibile: manifestũ est q̃ nõ indiget sensu cũ non haberet sensus in ipso aliq̃d iuuamentũ. Iuuamentũ enim q̃d est per aĩam non hz: q̃ aĩa sensibilis ꝓdit in maiori parte nõ intelligit. i. virtus aũt sensibilis: q̃ in parte maiori non intelligit animali intelligẽti. Iuuamentũ aũt ẽtutis sensibilis que est per corpus non hz ẽt q̃ sensus in maiori pte nõ est cã longitudinis vite & duratiõis. ¶ Et hoc intẽdebat cũ. d. & ista in maiori parte non est. i. & sensus in maiori parte est causa quare res non fit. i. vt corrumpantur: & ideo sensibilia sunt minoris vite q̃ multe plante.

61

Uiõ. 2. celi. 61. Et. 8. me. c. 12. Et 12. me. 36.

Alia sensibilis ꝓdit i maiori p/te. Idẽ. 2. de aĩa. 151.

¶ Mullũ ergo hz aĩam corpus nõ manẽs sine sensu. At vero si sensum hz: neĉe est corpus esse aut simplex: aut mixtũ. Impossibile aũt est esse simplex: tactũ enim nõ haberet. Est autem hũc necesse habere.

¶ Et ꝓpter hoc verũ nõ est corpus motũ habens aĩaz sine sensu. Sed si hz sensuz: tũc de neĉitate: aut erit simplex: aut ꝓposituz: Et ipossibile est vt sit simplex: q̃ nõ habet tactum: necesse est vt habeat ipsum.

62 ¶ B. ⁊ ꝓpter hoc qđ declaratum est si est aliqđ corpus motum habēs animā non est gñabile neq; corruptibile: tunc illud corpus non indiget sensu. Et tūc querendū est modo vtrū est corpus motū hñs animam sine sensu: aut nullū corpus est tale: ⁊ innuit ꝙ querendū est de hoc in alio loco. ¶ Deinde dixit, sed si habet sensum ⁊c. i. sed manifestuz est hoc ꝙ si virtus sensus est in aliquo corpe: necesse est vt illud corpus sit: aut simplex. i. vnū quattuor simpliciū: aut cōpositum: ex eis qđ est gñabile ⁊ corruptibile: ⁊ impoſe est vt sit corpus simplex: corpus em̄ simplex impossibile est vt habeat sensum tactus: ⁊ necessarium est vt tactus sit in omni habente sensum.

¶ Hoc aūt ex his manifestū. Qm̄ enim animal corpus animatū est. Corpus aūt omne tangibile. tangibile aūt qđ sensibile tactu. Necesse est ⁊ animal corpus tactiuuz esse si debet saluari animal. Alij enim sensus per altera sentiunt: vt olfatus: visus: auditus. Tactus autē nisi habeat sensum non poterit: h̄ quidē fugere: illa vero accipere. Si vero hec. impoſe erit saluari animal: ꝑꝑ qđ ⁊ gustus est sicut tactus quidā. Alimēti enim sensus est. Alimentū aūt corpus tangi possibile.

¶ Et hoc scitur de istis rebus qꝛ animal est corpus animatum: ⁊ omne corpus est tāgibile: ⁊ omne tangibile est sensibile tactu. ergo corpus aīalis neče est vt sit tangibile: si animalia innata sunt euadere: ⁊ alij sensus residui mediantibus alijs rebus. Verbi gratia olfatus ⁊ visus ⁊ auditus. Si igiſ tangibile non inueniſ in sensu: īpoſe est vt recipiat quedā: ⁊ fugiat quedā: ⁊ sic īpoſe est vt aīal saluet: ⁊ ꝑꝑ hāc cām gustus est sicut tactus. Est em̄ nutrimēti. ⁊ nutrimētū est corpis tāgibilis.

63 ¶ Et hoc scitur de his propositionibus. Qm̄ omne animal est corpus animatum. Et oē corpus est tāgibile. Et omne tangibile est sensibile per tactū. ergo corpus aīalis si dz saluari ⁊ euadere ab occasionibus: necesse est vt habeat tactum. Et alij sensus residui/ quos hz/ cōprehendunt alia sensibilia mediātibus alijs corporibus a suis proprijs sensibilib⁹. V. g. auditus: olfatus ⁊ visus. ¶ Si igiſ animal nō sentit corpora tangilia: tūc impossibile est vt veniat ad quedā corpora ⁊ vtatur eis in aliquo iuuamento: aut vt fugiat quedaz nocentia. Et cū ita sit: īpoſe est vt animal saluet. ¶ B. d. ⁊ ꝑꝑ hanc causaz ⁊c. i.
2. d aīa. 101 ꝓpter hanc necessitatez sensus gustus est necessarius in animalibus sicut est tactus. Gustus enim est ꝓpter nutrimentū. s. ad cognoscēdū cōueniens ab incōueniente. Et nutrimentuz est in corpore tangibili.
2. d aīa. 101 Et ideo necesse est vt gustās sit tangēs: sicut declarauimus prius.

¶ Sonus autem ⁊ color ⁊ odor non alunt neq; faciunt augmentum neq; decrementū. Quare ⁊ gustū necesse est tactum quendā esse: qꝛ tangibilis ⁊ vegetatiui sensus est. Hi quidē igiſ necessarij sunt animali: ⁊ manifestum ꝙ non possibile sine tactu animal esse. Alij autem ꝓpter bonum: ⁊ generi animaliuz iam non cuicūq; sed quibusdā: vt ꝓcessiuo: necesse inesse. Si enīz dz saluari non solum tactū opz sentire: sed ⁊ de longe.

¶ Sonus autem ⁊ color ⁊ odor non nutriunt: neq; fit ex eis augmentū: aut diminutio: ⁊ ꝓpter hanc causam gustus de necessitate fuit aliquis tactus: qꝛ sensus non est nisi tangibilis: ⁊ nutribilis. Ista aūt est animalium de necessitate. Et manifestū est ꝙ īpossibile est animal esse sine sensu. Ista autem alia sunt vt sint meliora: ⁊ hoc non accidit cuilibet generi animalium: sed quibusdaz. Et sicut necesse est vt istud sit ambulās si innatū est saluari: ⁊ nō vt sentiat qñ tetigerit tm̄: sz a remoto etiā.

¶ Dixit. sonus aūt ⁊ color ⁊ odor non nutriunt corpus qñ veniunt 64
super ipsum: neq; faciūt in corpore additionē: aut diminutionē: sicut facit nutrimentū: ⁊ ꝓpter hāc causam quā dicit: gustus de necessitate est aliquis tactus. i. qꝛ sensus gustus est alicuius tangibilis nutrientis. ⁊ hoc intēdebat cuz. d. qꝛ sensus nō ē nisi tāgibilis. ¶ Deinde. d. isti aūt sunt animaliū de necessitate: ⁊ intendebat sensuz tactus ⁊ sensum gustus. B. d. isti aūt alij. i. tres sensus alij. B. d. ⁊ hoc non accidit ⁊c. ⁊ isti tres sensus non inueniunt̄ in quolibet genere animaliuz: sed in quibusdā. ¶ B. d. ⁊ sicut est necessariū vt istud sit ambulans ⁊c. i. ⁊ sicut animal cū necesse est ei vt sit ambulās si innatum est saluari: perfectius est ei vt non cōprehēdat sensibilia nociua: ⁊ vtilia de propinquo tantū: ⁊ per tactū: sed ex remoto etiā: qm̄ per istos duos modos sentiendi saluabit̄ perfectius ⁊ melius.

¶ Hoc autem erit si per medium sensitiuum fuerit: eo ꝙ ⁊ illud quidem a sensibili patiatur ⁊ moueat̄: ipsum autem ab illo. Sicut enim mouens ꝑm locum vsq; alicubi permutari facit. Et depellens alterum facit ⁊ vt pellat: ⁊ est per medium motus. Primuz quidem mouens depellit ⁊ non depellitur. Ultimū aūt soluz depellitur non depellit. Medium autem vtraq;. Multa aūt media. Sic in alteratione: preter ꝙ manens in eodem

loco alterat: vt si in ceram tinxerit aliquis vsq; ad id mo
ta est vsq; quo tinxit. Lapis autem nihil: sed aqua vsq;
quo procul. Aer autem ad plurimum mouetur, & facit
& patitur, si maneat & vnus sit. Unde & de repercussio/
ne est melius q̃z visum egrediendo repercuti: aerem
autez pati a figura & colore vsq; quo quidem sit vnus.
In lent autem est vnus propter qd̃ iterum hic visum
moueret. Sicut vtiq; si in ceram sigillum ingrederetur
vsq; ad finem.

¶ Et hoc non erit nisi qñ fuerit sensibile per medium:
q: aut illud patit a sensibili & mouet: hoc vero ab illo.
Et quēadmodū illd̃ qd̃ mouet in loco agit quousq; trās
mutetur: & similiter qd̃ expellit aliud/donec expellatur.
Et erit motus per medium. Primum aūt mouet: aut
expellit absq; eo q̃ expellit. Aliud aūt expellit tantū: &
non expellit. Mediuz aūt habet vtrūq;. Et media sunt
multa. Et sic est de trāsmutatione: sed quiescens in eo/
dem loco. Et sicut qui imprimit in cera imprimit quā/
diu mouet: & ad locum ad quem peruenit impressio.
Lapis enim non imprimit oīno: sed aqua imprimit in
remoto spacio. Et aer mouetur multū: & agit & patitur
si remanet & est idem. Et propter hanc causam melius
est vt aer patiatur per cōuersionez a corpore & a colore
qd̃ possibile fuerit: aut visus per transmutationez & con
uersionem. Et est idem in rebus lenibus: & ideo hoc
mouet visum etiam sicut sigillum existens in cera red/
ditur ad vltima eius.

65 ¶ Dixit. Et hoc sentire qd̃ est ex remoto fit qñ sensibile mouerit sen/
tiens per medium: quoniam quando illud quod est medium patitur
& mouetur a sensibili: & hoc qd̃ est sensus patitur a medio. ¶ Deinde
dixit: & sicut illud qd̃ mouet in loco &c.i. & quēadmodum corpus mo
uens in loco indiget in hoc qd̃ moueat vt agat quousq; moueatur &
transmutetur: & similiter illud qd̃ expellit aliud indiget vt expella/
tur: & tunc expelletur: & sic motio in talibus rebus componitur ex tri/
bus ad minus. s. primo motore: & medio: & postremo moto. Primus
autem motor expellit & mouet: & non mouet. Postremum autem mo
tum expellitur & mouetur: & non mouet. Medium aūt facit vtrūq;. s.
mouet & mouet. Mediū aūt potest esse vnum & potest esse plus vno.

¶ Deinde dixit. & sic est de transmutatione &c.i. & fm dispositionem 8.phy.34.
quam narrauimus de motu in loco. s. q̃ componitur ex tribus rebus: &.35.
ita est de hac transmutatione que fit a sensibilibus sensuum prme/ Vide pillo
dia. Sensibilia enim mouent & non mouentur: & media inter ea mo &t.2. de aīa
uent sensus: & mouetur a sensibilibus: & sensus mouentur & non mo/ 115.
uent. Sed est differentia inter ea q̃ ista transmutatio que est in istis
rebus media est: & medium permanens in eodem loco: & non trans/
fertur ab eo illic autem medium transfertur: & similiter postremum
motū. ¶ Et cum declarauit ea in quibus cōmunicat ista transmuta/
tio cuz transmutatione in loco: & in quibus distinguitur ab ea: & dit
exemplum in hoc &.d. & sicut qui imprimit ceram &c.i. & iste motus
qui est medū in suis partibus a sensibili valde est similis impressio/
ni sigilli in cera: & quēadmodum cera mouetur cum suis partibus a
sigillo: & ille motus peruenit in ceram ad quodcūq; potest peruenī/
re virtus imprimentis: & cera permanet in omnibus suis partibus:
ita est dispositio in motu medū cum sensibilibus. s. q̃ exprimitur ab
eis: & expellitur ad omne ad qd̃ peruenit expressionis virtus: & est
permanens in suo loco non motū. Deinde dixit: lapis autem &c.i. &
iste motus non adaptatur in omni corpore: lapis autem & sibi simi/
le nō exprimitur omnino: sed exprimitur illud quod est sicut aqua:
aqua enim videtur exprimi in remoto spatio: & similiter aer. Mul/
totiens enim videtur agere & pati ab expressione quando fuerit si/
tus fm totum non motus neq; diuisus. ¶ Deinde dixit: & propter
hanc causam melius est vt aer patiatur &c.i. dest & q: in medio pos/
sibilis est hec impressio: ideo melius est dicere in conversione que fit
in audibilibus & visibilibus: q̃ nihil aliud est nisi quia aer conuer/
titur per illum motum qui est in eo: & illam passionem que fit ex sen/
sibilibus & visibilibus quando occurrerit aliquid in quo non potest
pertransire ille motus fm rectitudinē ad sensus: melius est q̃ dicere
conuersionem esse corporum extra visum: sicut dicunt quidam anti/
quorum: & concedunt aspectui: cū nulla sint illic corpora extrinseca. 2.de aīa.58
¶ Deinde.d. & est in istis rebus lenibus &c.i. & iste motus est in re/
bus humidis: & hoc intendebat per lenibus idem: & ideo aer mouet
visum etiam: quēadmodum si sigillum existens in cera redderetur
ad postremum finem tadeo q̃ moueret aerem in parte scōdata sen/
sibile mouet aerem: ita q̃ pertransitur per ipsum ad superficiem tan/
gentem sensum: & sic mouet sensum.

¶ Capitulum Quartum.

Quod autem impossibile sit simplex animal
corpus esse: manifestū est. Dico autem pu
ta igneum: aut aereuz. Sine quidem enim
tactu: neq; vnum contingit alium sensum
habere. Corpus enim tactiuum anima/
tum omne: sicut dictum est. Alia autem preter terram

sensitiua quidem vtiq; fierent. Omnia autem eo q̃ per alterum sentire faciant sensum ⁊ per medium. Tactus autem est in tangendo ipsa: propter qd̃ ⁊ habet hoc nomen: ⁊ tamen alij sensus tactu sentiunt/sed per altera. Hic autem videtur solus per seipsum: quare huiusmodi elementorum nullum vtiq; erit corpus animalis: neq; ita q; terrenum. Omniũ enim tangibilium tactus est sicut medietas ⁊ susceptiuus sensus. Non solũ que/cunq; differentie terre sunt: sed calidi ⁊ frigidi: ⁊ aliorum omnium tangi possibiliu. Et propter hoc ossibus ⁊ capillis: ⁊ huiusmodi partibus non sentimus: quia terree sunt: ⁊ plante etiam ob hac neq; vnum habent sensum: q: terree sunt: sine autem tactu: neq; vnum possibile est esse. Alium hoc autem sensitiuum non est neq; terre: neq; ceterorum vllis elementorũ.

¶ Manifestum est igitur q̃ impossibile est vt corpus animalis sit simplex: sicut ignis: aut aer. Impossibile est enim vt habeat vnum alium sensum preter tactum. Omne enim corpus animatum est tangibile sm q̃ diximus: ⁊ illa alia sunt instrumenta sensus preter terraz: omnia enim faciunt sensus: q: sentiunt per aliud: ⁊ per medium. Tactus enim fit tangendo: ⁊ ideo vocatur hoc nomine: ⁊ hoc est cum alia instrumenta sensus non sentiant: nisi mediante tactu: sed non est mediantibus alijs: illud autem existimatur contentuz per se. Et ideo nullum istorum elementorum est corpus animalis: neq; terra. Tactus enim est quasi medium alijs sensibilib⁹. Et instrumẽtum sensus recipiens non congregat tantum mutationes terrestres: sed etiam calidum ⁊ frigidum ⁊ alia tangibilia. Et ideo non sentimus per ossa ⁊ pilos: ⁊ per tales partes. Et ideo vegetabilia non habent aliquem istorum sensuum: q: sunt ex terra. Impossibile est enim vt alius sensus sit sine tactu. Et hoc instrumentum quod est sensui non est ex igne neq; ex aliquo illorum aliorum elementorum.

Dixit. impossibile est vt corp⁹ animalis sit simplex. Impossibile est enim vt animal habeat aliquez trium sensuum sine tactu. Omne enim animatũ oz esse tangens. Deinde. d. ⁊ illa alia ꝛc. i. ⁊ corpora simplicia sunt instrumenta trium sensuum: preter terram que nõ est instrumentum alicuius sensus: ⁊ hoc fuit q: omnes isti sensus: scz tres agunt sensum ⁊ q: indigent simplicibus instrumentis ⁊ medio extrinseco. i. denudatis a sensibilibus. s. vt instrumentum in vsu ⁊ medium non habeat color: em: neq; in olfatu odorem: neq; in auditu sonum. Et que denudantur ab istis: aut sunt corpora simplicia: aut in quo dominantur corpora simplicia sed tactus differt ab istis sensibus: quia comprehendit suum sensibile sine medio. ⁊ ideo nullo elemento medio vtitur in extrinseco. Et cum declaratum est hoc de sensu tactus: necesse est vt suum instrumentuz non sit simplex. Et vniuersaliter vult declarare hic q̃ tactus in hoc differt ab alijs sensibus. Alij enim sensus si possent denudari a tactu: tũc possibile esset q̃ corpus animalis habentis illos sensus esset simplex. Tactus autem est econtrario. s. q̃ impossibile est q̃ suum instrumentum sit simplex. Omne enim instrumentum debet denudari a sensibili: ⁊ q: impossibile est vt aliquod corpus denudetur a quattuor qualitatibus: necesse est vt instrumentum istius sensus sit medium. i. admixtum ex elementis. Et cum ita sit contingit vt ista virtus sit causa essentialis: quare corp⁹ animalis est compositum. 66

Jdẽ sebo ⁊ alia. 130.

Tact⁹ cõp/hẽdit suuz sensibile sin medio. Oppositũ. 2. de alia. 107. 108 vsq; ad. 115

¶ Deinde dicit. cum hoc q̃ alia instrumẽta sensus ꝛc. i. ⁊ cum alij sensus vtuntur elementis tribus pro instrumentis ⁊ medijs: necesse est vt tactus non vtatur aliquo eorum: ⁊ q̃ suum instrumentum sit compositum non simplex: licet instrumenta quibus illi vtuntur non possint denudari a tactu ⁊ ex hoc modo sunt composita: ⁊ si hoc non esset/ necesse esset vt essent simplicia. Deinde. d. sed hoc est p alia media: sed indigentia eorum a tactu non est indigentia eius quod comprehendit suum sensibile per illum sine medio: sed per alia media ⁊ p alia instrumenta. ¶ Deinde dixit. ⁊ ideo nullum istorum elementorum ꝛc. i. ⁊ propter hoc quod diximus nullum istorum est corpus animalis: neq; terra etiam sm q̃ est simplex aut proprie simplex: cũ alij sensus vtantur elementis quasi instrumento ⁊ medio. Et ista est alia virtus ab illis: quapropter non vtitur elementis pro instrumento: cum suum instrumentum debet esse medium inter tangibilia: cum non possit denudari a qualitatibus tangibilibus: neq; posset cõprehẽdere tangibilia si esset tangibilis simplex. i. in fine alicuius qualitatis tangibilis. ¶ Deinde. d. ⁊ recipiens non congregat ꝛc. i. ⁊ recipiens tactum non de necessitate habet qualitates terrestres tm: sed calidum ⁊ frigidum ⁊ alia tangibilia: ⁊ ideo necesse fuit vt recipiẽs tangibile sit medium: cum non possit denudari ab omnibus: neq; etiam posset sentire si aliqua alia qualitatum tangibilium denudaretur in eo: ⁊ ideo nõ sentimus per ossa: neq; per pilos propter dominũ qualitatum terrestrium in his corporibus: ⁊ ideo vegetabilia non habẽt sensum tactus: quapropter neq; aliquos sensus: quia impossibile est aliquos sensus inuenirt sine tactu: ⁊ instrumentũ tactus neq; est ignis 2

Vide. 2. de alia. 118.

neq; aliud corpus elementorum: neq; est corpus attributum eis ſm dominium.

¶ Manifestum igitur quoniam necesse hoc solo priua/ta sensu animalia mori. Neq; enim hunc possibile est habere non animal existens. Neq; cum sit animal aliū necesse est habere preter hunc. Et propter hoc quidez alia sensibilia excellentijs non corrumpunt animal: vt color: ⁊ odor: ⁊ sonus: sed solum sensitiuum: nisi sint ſm accidens: puta si simul cum sono depulsio fiat: ⁊ ictus. Et a visis ⁊ odore alia mouentur que tactu corrū punt. Et sapor autem ſm q̄ accidit simul tactiuum esse sic corrumpit. Tangibilium autem excellentia: vt cali/dorum ⁊ frigidorum ⁊ duroꝝ corrumpit animal.

¶ Declaratum est igitur q̄ animalia moriuntur neces/sario quando caruerint hoc sensu tm̄. Et q̄ est impossi bile vt non sit in animalibus. Animalia enim nō de ne cessitate habent alium sensum nisi istum: ⁊ ideo alia sen sibilia non corrumpunt animalia per dominium. Ver bi gratia. color: ⁊ sonus: ⁊ olfatus: sed tm̄ corrumpunt instrumenta sensus: nisi hoc sit per accidens. Verbi. g. q̄ cum sono sit magna percussio. Omnes enim isti cor/rumpunt animalia: sed per accidens. Et ideo sapores etiam nocent animalibus mediante gustu. Gustus enim est aliquis tactus. Dominium autem tangibi/lium. verbi gratia. calidi ⁊ frigidi ⁊ duri corrumpunt animalia.

67 ¶ Dicit. declaratum igitur est ex hoc sermone q̄ animalia moriun/tur quando caruerint tactu: ⁊ q̄ impossibile est vt iste sensus non existat in animali dum animal est animal: quod non est de alijs sen/sibus: non enim necessarium vt animal habeat alium sensum preter tactum: ⁊ propter hoc dominium ⁊ vigor alioruz sensibilium nō cor/rumpunt animal. Verbi gratia. fortis color ⁊ fortis sonus: ⁊ fortis odor: sed tamen corrumpunt sua instrumenta propria nisi per acci/dens. Verbi gratia. quādo cum sono fuerit magna percussio: ⁊ similr de colore ⁊ odore. Sapores autē nocēt animalibus essentialiter: me diāte gustu. Gustus enim est aliquis tactus: sed qualitates corrūpē/tes animalia sunt tāgibiles. V. g. calidum/frigidum ⁊ durum.

¶ Omnis quidem enim sensibilis superfluitas cor/rumpit sensitiuum. Quare ⁊ quod tangi potest tactum. Hoc autem determinatum est viuere. Sine enim ta/ctu monstratum est q̄ impossibile est animal esse. Un/de tangibilium excellentia non solum corrumpit sensi tiuum: sed ⁊ animal. Quia necesse est soluz habere hūc animalia. Alios autem sensus habet animal: sicut di/ctum est: non propter esse: sed propter bene esse: vt vi sum q̄ in aere ⁊ in aqua vt videat: omnino autem qm̄ in diaphano. Gustum autem propter delectabile: ⁊ tri ste: vt sentiat qd̄ in alimento: ⁊ concupiscat: ⁊ moueat. Auditum autem vt significetur aliquod ipsi. Linguam autem habet quatenus significet aliquid alteri.

¶ Et dominiuz cuiuslibet sensibilis expellit instrumē tum sensus: ⁊ ideo tangibile expellit. Et per istum fuit diffinitum. s. viuere. Animal enim impossibile est vt sit sine tactu. Et ideo dominium tangibilis non tm̄ cor/rumpunt instrumentum sensus: sed etiam ⁊ animal. Quia est necessarium animali vt sit ens: nō vt sit in me liori dispositione. Illi autem alij sensus sunt in animali propter melius. Visus autez vt aspiciat in aere ⁊ aqua. Et gustus vt sentiat delectabile ⁊ tristabile. Et vt habe at appetitum ⁊ moueatur. Et similiter de olfatu. Au ditus vero vt audiat rem. Lingua vero vt significet rem alio modo.

¶ Idest. ⁊ dominium omnis sensibilis quando fuerit intensum cor/rumpit suum instrumentum proprium siue fuerit tactus siue alteri⁹. 68
Deinde dicit. ⁊ propter istum fuit diffinitum ⁊c. idest ⁊ per hanc vir tutem scilz tactum diffinitur animal. ⁊ causa in hoc est quia impossibi le est vt animal sit sine tactu: ⁊ ideo accidit q̄ tangibile intensuz nō tantum corrumpit instrumentum sensus: sed animal essentialiter: quia sensus tactus est de rebus necessarijs animali. s. vt sit ens non ſm q̄ sit esse melioris: sicut est de alijs sensibus residuis. ¶ Deinde dicit. visus autem vt aspiciat in aere: ⁊ aqua: ⁊ similiter de gustu. s. q̄ primo est propter appetitum cibi: auditus autem vt audiat rem. idest sonos: ⁊ intelligat per eos in animalibus rationabilibus ⁊ in alijs brutis in animalibus rationabilibus vt intelligant intētiones

quas significant verba: lingua autem vt notificet rem alio modo: ꝛ innuit vtputo iuuamentum quod est in verbis non gustus: hoc enim iuuamentum magis apparet propter melius q̃ in gustu: quoniaz gustus reputatur esse necessarius propter suam vicinitatem tactui. Alij autem sensus sunt propter melius: ꝛ precipue visus ꝛ auditus: ꝛ hoc est manifestum.

¶ Explicit Liber Tertius ꝛ vltimus Aristo. de Anima.

¶ Aristo. Stragyrite De sensu ꝛ sensato: Liber vnicꝰ.

Quoniam autem de aia fm seipsam determinatuz est prius: ꝛ de virtute qualibet ex parte ipsius: consequens est facere considerationem de animalibus: ꝛ vitam habentibus omnibus: que sunt proprie ꝛ cõmunes operationes eorum. Que igitur dicta sunt de anima subijciantur: de reliquis autez dicamus: ꝛ primuz de primis. Videntur autem maxima ꝛ cõmunia ꝛ propria animaliuz cõmunia esse ꝛ corporis ꝛ anime: puta sensus: ꝛ memoria: ꝛ ira ꝛ desiderium: ꝛ omnino appetitꝰ: ꝛ cum his gaudium ꝛ tristitia: eteniz hec fere insunt omnibꝰ animalibꝰ: cum his autem hoc quidez omniuz sunt vita participãtium cõmunia: hec vero animaliũ quibusdaz. Existunt autẽ horum maxime quattuor cõiugationes sole numero: vel vigilia: somnus: ꝛ iuuẽtus: ꝛ senectus: ꝛ respiratio: ꝛ expiratio: ꝛ vita: ꝛ mors: de quibus considerandum quid est vnũquodq; eorũ: ꝛ quibus pro causis accidit. Verum physici est de infirmitate ꝛ sanitate prima inuenire principia. Nec enim infirmitatẽ nec sanitatez possibile est fieri carentibus vita. Quare fere physicorum plurimi ꝛ medicoruz qui magis physice artem prosequuntur: hi quidem finiunt ad ea que de medicina: hi vero ex his que de natura incipiunt de medicina. Qz autẽ omnia dicta cõmunia sint anime ꝛ corpori: nõ immanifestuz est: omnia eniz hec cum sensu accidunt: hec vero per sensuz: quedã autẽ hec quidez passiones hujꝰ entes existunt. H vero habitudines. H aũt conseruationes: ꝛ salutaria. H vero corruptiões ꝛ priuationes. Sensus autem quoniã per corpus fit anime: manifestũ est ꝛ per sermonẽ ꝛ absq; sermone.

Physici est de infirmitate ꝛ sanitate prima inuenire principia:

¶ Capitulum Scōm.

Ed ō sensu ⁊ sentire quid sit: ⁊ quare accidit animalibus hec passio: dictum est prius in his que de ania. Animal aūt ꝑm q̄ animal necesse est vnūquodq̄ habere sensuz: ꝑ hoc enim determinam⁹ animal esse: ⁊ nō ania. Proprie aūt ꝑm vnūqō q̄ tact⁹ ⁊ gustus insequitur oia necessario: Tact⁹ quidē pp dictam cām: in his que de aia. Gustus vero pp escam: delectabile enizꝫ ⁊ tristabile discernit ipse circa escaz: vt hoc quidē fugiat: hoc autē prosequat: ⁊ omnino sapor est nutritiue partis passio. Sensus autē qui per exteriora proficiscētibus ipsorum insunt quēadmodū odoratus/ auditus/ visus: omnib⁹ quidez habētibus vitam causa salutis insunt: vt presentia prosequātur alimētuz: mala aūt ⁊ corruptiua fugiāt. Et habētibus autē prudētiā eius q̄ bene gratia: multas eniz annūciant differētias ex quib⁹ contēplabilium inest discretio ⁊ agibiliū. Horum autē ipsoruz ad necessaria quidē melior est visus ⁊ ꝑm se: ad intellectū autez ⁊ ꝑm accidens audit⁹. Multas quidē differētias ⁊ multimodas visus annūciat potentie: q: omnia corpora colore participant: quare ⁊ cōmunia magis per hoc sentiuntur. Dico autē cōmunia/ magnitudinē: motū: quietem: figuram: numerū: auditus autē soni tantū differētias: paucis autē ⁊ eas que vocis. Secūduz vero accidens ad prudētiam auditus plurimā confert partem. Sermo enizꝫ audibilis existēs causa est discipline: non ꝑm se: sed ꝑm accidens. Et nominib⁹ enizꝫ constat: nominuz vero vnūquodq̄ symbolū est. Quare sapientiores a natiuitate priuatoruz vtroq̄ sensu sunt ceci: mutis ⁊ surdis. ¶ De virtute itaq̄ quā hz sensuum vnusquisq̄ dictum est. In quib⁹ autez habent fieri corporis instrumentis quidaz quidem querunt que ꝑm elementa corporum: nō potentes autē ad quattuor: quinq̄ existentibus coaptare cupiunt de quinto. ¶ Faciunt aūt omnes visum ignis: q: passionis cuiusdam ignorant causam. Constricto enim ⁊ moto oculo videt ignis lucere: hoc autē in tenebris videt accidere vt palpebras superuelantibus: fiunt enizꝫ ⁊ tenebre. ¶ Habet aūt dubitationez hoc ⁊ alia. Si eniz non est latere sentientē ⁊ videntem: visibile quidem necesse erit se videre oculum: quare ergo quiescēte illo hoc nō accidit. ¶ Causa quidem huius ⁊ obiectiōis ⁊ putādi ignem visum eē hinc sumenda. Lenia enizꝫ in tenebris nata sunt fulgere: non tamē lucem facere: oculi autē vocatum nigruz ⁊ mediū lene apparet. ¶ Apparet autez hoc moto oculo: q: accidit quasi duo fieri vnuz: hoc autē celeritas facit mot⁹: vt videat aliud esse videns ⁊ visuz: quare ⁊ nō fit nisi celeriter ⁊ i tenebris hoc accidat. Lene. n. in tenebris natuz ē fulgere: quēadmoduz quedā capita piscīū ⁊ sepe turbedo: ⁊ lente moto oculo non accidit vt videatur simul vnum ⁊ duo esse videns ⁊ visum: illo autem modo ipse seipsum videt oculus: quēadmoduz ⁊ in refractione. ¶ Quoniam si ignis esset quēadmodum dicit enim Empedo. ⁊ in thimeo scribitur: ⁊ accideret videre exeunte: quēadmoduz ex lucerna lumen: quare non ⁊ in tenebris videtur vtiq̄ visus. Dicere autez q̄ extinguatur in tenebris egrediens: sicut Thimeus dicit: vanum est omnino: que enizꝫ extinctio luminis est? extinguitur eniz aut humido aut frigido: calidum ⁊ siccum: qualis videt quidem in carbomb⁹ ignis ⁊ flāma: quorum neutruz in lumine apparet existens. Si igitur est quidem: sed ꝓpter debilitatez latet nos: opz per diem: ⁊ in aqua extingui lumen: ⁊ in glaciebus magis fieri tenebras. Flāma enizꝫ ⁊ ignita corpora patiūtur hec: nūc autem nihil tale accidit. ¶ Empedo. autē videtur existimare q̄ exeunte lumine sicut dictum est prius videre: ait eniz vt cum quis progressuz meditās preparauit lucernaz hyemalez per noctem ignis ardentis accidēs vt omniū ventoruz impetus prohibeat: ventoruz enim

Quare gustus.

Auditus ē disciplinē sensus.

Opinio ponens ignez in oculo p̄dominari.

Improbatio.

Motiui solutio.

Propterqd̄ moto oculo duo apparent vnum.

Vtrū visio fiat ex mitrendo.

Plonis opinio.

Emp. opio.

spiritum dispergit flantium: lumen autem extra dissili/
ens quanto magis expansum fuerit illustrat: per ve/
lum domitis radijs: sic ꝙ miringis concitatum anti/
quum lumen subtilibus linteis diffunditur circulo per
pupillam que aque quidem profundum reuelauerunt
circũfluentis: lumen autem extra peruenit vt quando
magis expansum fuerit: aliquando quidem igitur sic
Bemo. opio videre ait: aliquãdo autem de fluxionibus his que ab
his que videntur. ¶ Democritus autem quomã qui/
dem aquam dixit esse/bene dixit: q: autem putauit ip/
sum videre esse illaz apparitionẽ non bene. Hoc autez
accidit quomã oculus leuis est: ⁊ est nõ in illo: sed in vi
dente: passio enim refractio est. Sed oino de apparen/
tibus ⁊ de refractiõe nõdum ipsi manifestuz erat vt vi/
detur. Incongruũ autẽ erat ⁊ nõ superuenire ipsi dubi/
Qõ aqua i tare quare solus oculus videt. Nullum autez aliorum
oculo domi in quibus apparent idola: ꝙ visus nãq; est aque: veruz
netur. quidem: nõ tamẽ accidit videre ꝑm ꝙ aqua est: sed ꝑm
ꝙ est perspicuuz: quod ⁊ aque ⁊ aeri cõmune est. Sed
magis seruabilius est aqua aere: ⁊ magis spissum. qua/
re pupilla ⁊ oculus aque sunt. ⁊ hoc est qõ in ipsis ope/
ribus manifestuz est: videtur enim aqua ꝙ discurrit cor/
ruptis oculis: ⁊ in omnino nouiter formatis frigidita/
te excedens ⁊ claritate. ⁊ album oculi in habẽtibus san
guinem pinguez ⁊ crassum: propter hoc est vt perma/
neat humidũ incoagulatũ: ⁊ ideo corporis minime ri/
gens est oculus: nulli enim quod intra palpebras est
vnq̃z riguit: animaliuz vero que sine sanguine sunt du/
re pellis sunt oculi: ⁊ hoc facit proportionẽ. Irrationa
bile autez omnino est exeunte quodaz visum videre:
⁊ aut extendi vsqz ad astra: aut quodã tenus prodeun/
te coadherere: sicut quidam dicunt. Isto enim melius
est in principio coniungi oculi: sed ⁊ hoc stultuz. Quid
enim coniungi est lumen lumini: vel quomodo possi/
bile esse hoc? Non quodlibet conũgitur cuilibet: ⁊ in/

terius exteriori: quomodo miringa enim intus est.
Quod quidem igitur sine lumine impossibile est vi/
dere dictum est in alijs: sed siue lumen siue aer est: qõ
est inter rem visam: ⁊ oculum motus qui per ipsum fa/
cit videre: ⁊ rationabiliter quod interiꝰ aque est: aqua
enim perspicua est. Videtur autem sicut exterius non
sine lumine ita ⁊ interiꝰ: perspicuuz enim oportet esse.
Necesse ergo aquam esse: q: non est aer. ¶ Non enim
in vltimo oculi in anima: aut anime sensitiuũ est. Sed
manifestum quoniaz interius: quare necessarium/per/
spicuuz esse ⁊ receptibile luminis quod interius oculi.
⁊ hoc etiam ab accidentibus manifestum. Iam enim
in quibusdam vulneratis in bello iuxta tempora: ita
vt abscinderentur pori oculi accidit fieri tenebras sicut
lucerna extincta: eo ꝙ quasi lampas quedam abscisa
fuit perspicuum vocatum pupilla. Igitur siquidem in
his accidit ũcut diximus: manifestum ꝙ si oportet ꝑm
hunc modum attribuere ⁊ assignare vnũquodq; sen/
sitiuorum vni elemẽtorum: oculi quidem visiuuz aque
existimanduz: aeris vero sonorum sensitiuuz. ¶ Ignis
autem odoratus: quod enim actu odoratur hoc po/
tentia odoratiuum: sensibile enim facit agere sensum:
quare necesse est ipsum potentia prius existere. Odor Qũo ẕ nta
vero fumalis euaporatio est: fumalis autem euapo/ sẽsibilia ex/
ratio ab igne: propter quod est omne cerebrum in lo/ teriorib⁹ p/
co odoratus proprium sensitiuum. potentia enim cali/ portionent.
da que frigidi materia. Et oculi autem generatio eun/
dem habet modum. A cerebro enim constat: cerebruz
autem humidius ⁊ frigidius omnibus partibus cor/
poris. Tactiuum autem terre: gustatiuum vero que/ Sensitiuuz
dam species tactus est: ⁊ ideo iuxta cor: sensitiuum est gustus: ⁊ ta
ipsorum: scilicet gustus ⁊ tactus. Cor enim opposi/ ctus est iu/
tum est cerebro: ⁊ est calidissimum partium. Et de xta cor.
sensitiuis quidem partibus corporis hoc modo sit
determinatum. De sensibilibus autem his que ꝑm

vnūquodq; sensitiuū: puta: dico colore: ⁊ sono: ⁊ odore: ⁊ gustu: ⁊ tactu vniuersaliter dictum est in his que de anima: que actio ipsorum in his que de anima: ⁊ quid operari ꝑm vnūquodq; sensitiuorū. Quid aūt oporteat dicere quodlibet eorū. s. quid color: quid sonus: quid odor quid sapor: similiter ⁊ de tactu cōsiderāduz est: ⁊ primuz de colore. ¶ Est quidē igitur vnūquodq; duplīter dictū: hoc quidē actu: hoc autē potentia. Qūo quidem igitur actu: color: ⁊ sonus: ⁊ quō est idem vel alteruz his que ꝑm actum sensib⁹: puta visioni ⁊ auditioni: dictuz est in his que de anima. Quid aūt vnūquodq; eorum existens faciat sensum ⁊ actū nunc dicam⁹. Quēadmodū igitur dictum est de lumine in alijs q̄ fit color perspicui ꝑm actus: qū enim inest aliquid ignituz in perspicuo: presentia quidē lumen est: priuatio vero tenebre. Quod autē dicimus perspicuū non est proprīū aeris: aut aque: nec alicuius sic dictoruz corporum: sed est quedā cōis natura ⁊ virtus: que separata quidē nō est: in his vero est ⁊ in alijs corporib⁹ inest: in his quidez magis: in his autē minus. Quēadmoduz ergo ⁊ corporū necesse est vltimum esse ⁊ huius luminis: quid igitur natura in indeterminato perspicuo est: ipsius autē q̄ corporibus perspicui vltimuz: qd̄ quidez erit vtiq; aliquid palam est. Qz autez hoc fit color ex accidētibus manifestuz. Nam color in extremitate: aut extremitas est. Unde pythagorici epiphaniaz colorem vocabant. Est quidez enim in corporis extremitate: sed nō est extremitas corpis: sed eandem naturā oportet existimare que exterius coloratur hanc ⁊ interius. Videtur autez aer ⁊ aqua colorata. etenim aurora tale: sed ibi quidem quoniā indeterminato accidit nō eundem colorez habet accidētibus prope ⁊ longe: nec aer nec in aere. In corporibus vero nisi continens faciat transmutationem determinata est phantasia colorum. Manifestum est igitur q̄ ibi ⁊ hic idem susceptiuuz colorum est: perspicuum ergo

ꝑm q̄ existit in corporibus: inest autez aut plus aut minus: in omnibus colores facit permutari: quoniā aūt in extremitate color vtiq; huius extremitas aliqua erit. Quare color vtiq; erit pspicui extremitas in determinato corpe. Et ipsorum aūt perspicuorum: puta aq: ⁊ si quid aliud tale quorūcūq; videtur aliquis color proprius eē ꝑm extremitatē similiter omnib⁹ inest. Est ergo inesse perspicuo hoc qd̄ quidez ⁊ in aere facit lumen: est aūt nō: sed priuatum esse: quēadmodū igitur ibi: hoc quidem lumen: hoc vero tenebre: ita ⁊ in corpibus albuz ⁊ nigrum insit. De alijs aūt coloribus iam diuidentes quot modis contingit fieri dicendū. Contingit eēm secus inuicē positis albo ⁊ nigro: ita q̄ vnūqd̄q; eoruz sit inuisibile ꝓpter paruitatē: quod aūt ab ambobus visibile sic fieri: hoc enizneq; album pōt videri neq; nigrum. Qm̄ autem necesse est quidē quendaz colorem hre: neutrū autem horū possibile est. Necesse est commixtū esse ⁊ spēm quandaz coloris aliā: est quidē ergo sic accipere plures esse colores q̄z albū ⁊ nigruz. Multos autē ꝓportione: tria enizad duo ⁊ tria ad quattuor: ⁊ ꝑm alios numeros est secus inuicem iacere. Hi autē omnino ꝑm nullaz ꝓportionez sunt: sed ꝑm abundantiam ⁊ defectum quēdaz incōmensurabilē. Eodē itaq; modo opz hoc hre ꝓsonantijs. Qui quidē in numeris ꝓportionatissimis colores quēadmodū ibi concordantias. Hi autem delectabilissimi colorū esse videtur veluti coccineus ⁊ puniceus: pauci autē tales ꝓpter cāz: ꝓpter quam quidem ⁊ symphonie pauce: qui aūt non in numeris alij colores: vel etiaz oēs colores in numeris esse ordinatos: inordinatos aūt ⁊ hos ipsos qñ nō puri sunt: q̄ nō sunt in numero tales fieri. Unus quidē modus generatiōis colorum hic est: vnus autē apparere per alternos quēadmodū aīalium pictores faciunt: alterū colorez super alteruz manifestiorē superponētes: quēadmodū qñ in aqua vel in aere aliqd volūt facere

Diffinitio coloris.

apparens: ⁊ quemadmodum sol ꝑm se albus quidē vi
detur: per caligine vero ⁊ fumū puniceus. ¶ Multi aūt
⁊ sic erunt colores eodem modo prius dicto: pportio
enim erit vtiqz quedam eorum qui in superficie ad eos
qui in pfundo: quidam autem ⁊ omnino non sunt in
pportione. Dicere aūt sicut antiqui defluxionē esse co/
lorem ⁊ videri ꝓpter talem causam incongruuz: oibus
enim modis per tactum' necesse ipsis facere sensum.
Quare mox melius est dicere per moueri intermediū
sensus a sensibili fieri sensum: qz tactu ⁊ defluxionibus
intrinsecis. inuicem igitur quidē positis necesse sicut
⁊ magnitudinem accipere inuisibilem: ita ⁊ temporis
insensibile: vt lateant motus peruenientes ⁊ vnum pu
tetur esse per simul apparere: hic aūt nulla necessitas:
sz qui in superficie color immobilis exsis: ⁊ motus a sup
posito non similē faciat motuz: quare aliud apparebit:
⁊ nec album nec nigrum. Quare si non contingit nul/
lam magnitudinem esse inuisibilez: sed quamlibet ab
aliqua distantia visibilem: ⁊ hec vtiqz quedam coloruz
cōmixtio. Et illo autez modo nihil obstat quin appare
at quidam color cōis eis qui a longe. Qm̄ enim non
est uulla magnitudo inuisibilis in his que deinceps cō
siderandum est. Si autem cōmixtio est corporum nō
solum ꝑm hunc modum quem putant quidaz: solis se
cus inuicez positis minimis immanifestis a nobis ꝓ/
pter sensum: sed omnino omniū apud esse: sicut in eis
que de commixtione dictum est vniuersaliter de omni
bus: illo enim modo miscentur hec solū quecūqz con/
tingit diuidere ad minima: quemadmodum homines
equis aut semina: hominum vero hominē minimum:
equorum vero equum. Quare horum secus inuicem
positione multitudo commixta est que simul vtrorūqz
hominuz nō vnum vni equo non dicimus cōmisceri.
Quecūqz vero non diuidunt ad minimū horuz cōmi/
xtionez non cōtingit fieri ꝑm hunc modū. Sed per cō/

misceri ex toto: que quidē ⁊ cōmisceri maxie nata sunt:
qūo aūt hoc fieri possibile in his que de cōmixtione di/
ctum est prius. Simul autem que fit necessitas cōmix/
tionis in illis: ⁊ colores misceri manifestum est: ⁊ hanc
causam esse principalem ꝙ multi sunt colores: sed non
supernatationez: nec secus inuicē positionē. Non enīz
de longe quidem: de prope aūt non videtur vnum cō/
mixtorum coloruz: sed vnūquodqz. ¶ Multi autem erunt
colores: qm̄ multis cōtingit proportionibus cōmisce/
ri sibijnuicem commixta: hoc quidem in minimis: hoc
autem ꝑm abundantiam solis: ⁊ alia eodez modo: quo
quidem in secus inuicem positis coloribus: aut de su/
pernatatione contingit dicere ⁊ de cōmixtis. Sed qua
de causa colorum species determinate ⁊ non infinite: ⁊
saporum ⁊ sonorum posterius considerandum. Quid
quidem igitur sit color: ⁊ qua de causa multi colores
dictum est. De sono autem ⁊ de voce prius in his que
de anima dictum est. De odore vero ⁊ sapore dicen/
dum: fere enim eadem est passio: non eidem autez est
vtrunqz ipsorum. ¶ Manifestius autem est saporuz ge
nus qz odorum. huius aatem causa quoniam peiorem
habemus alijs animalibus odoratum: ⁊ ipsis sensi//
bus qui in nobis: tactum vero certissimū aliorum ani/
malium: gustus vero tactus quidam est: que quidem
igitur aque natura vult sapor esse: necesse est itaqz in
ipsa aqua habere genera saporum insensibilia propter
paruitatem ꝑm ꝙ Empedocles dicit: vel materiam ta
lem inesse: quemadmodum panspermia saporum: ⁊
omnia quidem ex aqua fieri. ¶ Alia quidem ex alia
parte vel nullam habentem differentiam aquam faci/
ens causam esse: ac si calidum ⁊ solem dicat quis.
¶ Horum autem sicut Empedocles dicit mul//
tum apertum mendacium: videmus enim commuta/
ri per calorem sapores oblatis fructibus ad solem:
⁊ ignitis tanquam non ab aquis trahere sapores ta/

Manifestius est saporum genus ꝙ odorum.

Empe. opio

Democriti ⁊ Anaxag. opinio.

Improbatio Empedo.

les factos: sed in ipso fructu transmutatos ⁊ resudãtes ⁊ iacentes propter tempus: austeros a dulcibus: ⁊ amaros: ⁊ omnimodos factos: ⁊ decoctos: ⁊ ad omnia sapozum genera vt est dicere transmutatos. ¶ Similiter autem ⁊ panspermie manifestam esse aquã impossibile: ex eodem enim videmus sicut ex esca factos alios sapozes. Restat igitur in pati aliquid aquam transmutari: qd̃ quidem igitur non a calidi solis virtute accipit hanc virtutem quam dicimus sapozem: manifestũ est. Subtilissimũ.n.oium humozũ aqua est: ⁊ in ipso oleo: sed protenditur oleum plus q̃z aqua ꝓpter viscositatẽ: aqua aũt fragilis est: quare ⁊ grauius ẽ seruare aquaz in manu q̃z oleum: qm̃ aũt calida facta aqua: nõ apparet aqua ingrossata ipsa sola: manifestũ qm̃ alia quedã vtiqz erat causa. Sapozes.n.in fructibus hi existentes grossitudinẽ habẽt oẽs magis calidum: aut concausaz. ¶ Apparent aũt sapozes quicũqz quidẽ in fructibus hi existentes ⁊ in terra. Quare multi philosophoz antiquoz dicũt talem esse aquã per qualemcũqz terrã transeat: ⁊ hoc manifestũ est ĩ salsis aquis maxime. ¶ Sal enim quedam terre species est: ⁊ que per cinerẽ colate ipso amaro existente amarũ faciũt sapozẽ. Sunt quoqz fontes multi: hi quidem amari: illi vero acuti: hi autẽ omnimodos habentes sapozes aliquos. ¶ Rationabiliter itaqz in nascentibus fit sapoz genus maxime. Pati enim natum est humidum quemadmodum ⁊ alia a contrario: contrarium autem siccum: q: ⁊ ab igne patitur quid. Sicca enim ignis natura. Sed ꝓpriũ ignis calidum est: terre vere siccum: sicut dictum est in his que de elementis. Qua quidem igitur ignis ⁊ qua terra: nihil natum est facere vel pati: nec aliquid quicq̃z. Qua autem inest contrarietas in vnoquoqz hec omnia ⁊ faciunt ⁊ patiuntur. Quemadmodum ergo qui lauant in humido colozes ⁊ sapozes: talẽ faciunt habere aquam: sic ⁊ natura siccum ⁊ terrenum ⁊ perspicuum ⁊ terrenũ

Improbatio Anaxa. ⁊ Demo.

Cã sapozuz ꝑm Arist.

Primuz figuram.

Secz figuã

colans: ⁊ mouens per calidum: quale quid humiduz facit. ¶ Et hoc est sapoz facta a dicto sicco passio in humido gustus ꝑm potentiam alterativa in actuz. Bucit enim sensitiuum ad hoc potentia preexistens. Non enim ꝑm dicere: sed ꝑm speculari est sentire. Quoniaz autem non omnis sicci: sed nutritiui sapozes passiones sunt: aut priuationes oportet sumere hinc: neqz siccum sine humido: neqz humiduz absqz sicco. Esca enim ipsis animalibus nihil vnum solum: sed commixtum: neqz ipsis plantis: sed mixtum. Et sunt oblati cibi animalibus: tangibilia quidem sensibilium augmentum facientia ⁊ decrementum. Nozum enim causa caliduz: aut frigidum oblatum: hec enim faciunt ⁊ augmentuz ⁊ decrementum. Nutrit autẽ ꝑm q̃ gustabile oblatuz: Omnia enim nutriuntur dulci simpliciter vel commixto. Oportet quidem igitur de his determinare in his que de generatione: nunc autem quãtum necesse tangere de ipsis. Calidum enim augmentat ⁊ struit nutrimentum: eo q̃ leue quidem attrahit: amarum autem ⁊ salsum relinquit propter grauedinem. Quod itaqz facit in exteriozibus corporibus calor exterior: hoc quidez natura animalium ⁊ plantarum: quare nutriuntur dulci. Commiscentur autez alij sapozes ad cibum eodem modo salso ⁊ acuto pro condimento: hec autem propter contrahere: eoq̃ nimis nutritiuum fit dulce ⁊ supernatatiuum. Quemadmodum autem colozes ab albi ⁊ nigri cõmixtione sunt: sic ⁊ sapozes a dulci ⁊ amaro: ⁊ ꝑm proportionem etiam: eoq̃ magis vel minus vnusquisqz est: siue ꝑm quosdam numeros commixtiones ⁊ motus: siue indeterminate. ¶ Qui autem delectationem faciunt commixti hi in numeris solum: qui quidem enim pinguis est dulcis sapoz: amarum vero ⁊ salsum fere idem sunt. Ponticus vero ⁊ austerus: ⁊ stipticus: ⁊ acutus in medio. Fere enim equales species humozum ⁊ colozum facit. Septem enim amboruum

Saporis diffinitio.

Oia nutriũtur vel dulci simplr vl cõmixto.

Cur salsi cibis.

species si quis ponat sicut rōnabile: liuidū nigrū aliqd esse. Relinquit.n. flauū quidē albi esse quēadmodum ⁊ vnctuosum est dulcis: puniceuz ⁊ alurgon: ⁊ viride ⁊ ciarium in medio albi ⁊ nigri. Alij vero mixti ex his: ⁊ quēadmodum nigrum est priuatio in perspicuo albi: ita amarum ⁊ salsum dulcis in nutrimentali humido.

Cur cinis amarus. Demo. improbatio.

ciem: quēadmodū. n. vestitū que maxime mūde sunt ci tissime inq̄nant. Nam purū diligēter monstrat quicq̄d exceperit ⁊ p̄sertiz minimos mot⁹: es vero eoq̄ planuz sit qualēcunq̄z tactū maxime sentit. Opz vero ītelligere tanq̄z attractiōez esse aeris tactū ⁊ tanq̄z extersionē pp̄ ⁊ absolutionē. Mūdicia vero manifesta fit qualiscūq̄z sit. Non exeūdi vero celeriter ex nouis speculis cā ē q̄ puruz sit ⁊ planū: serpit. n. p hmōi in p̄fundū: ⁊ oīo magis in talibus: naz eo q̄dez q̄ purū est in p̄fundū: eo aūt q̄ planū oī: veterib⁹ vero nō īmanet: qm̄ nō sil̄r subijt macula sed supficietenus magis. Qm̄ q̄dez igit̄ ⁊ a paruis dr̄ntijs fit motus: ⁊ qm̄ celeres sunt sensus. ⁊ q̄ nō solū patitur sed ⁊ ꝯfacit colo⁊ sensitiuū manifestum ex his. ¶ Attestant āt his que dicta sunt ⁊ que circa vina ⁊ que circa pulmēta eueniunt. Nam qd̄ p̄paratū est oleū cito accipit p̄ximo⁊ odores: ⁊ vina hec ipsuz patiunt. Non solum. n. eo⁊ que īmittunt vel cōmiscent: sed eo⁊ que prope vasa ponunt vel nascunt recipiūt odores. ¶ Ad eā vero q̄ ex p̄ncipio est ꝯsiderationē ponat. vnū q̄dem qd̄ ex his: que dicta sunt ptz: q̄ recedēte sensibili extrinsecus īmanēt simulachra que sensibilia sunt. ¶ Adhuc aūt q̄ facile decipimur circa sensus: cuz in passionibus existimus: alij aūt in alijs veluti trepidus in timore ⁊ q̄ amat in amore ita vt videat a modica similitudine: hic quidē hostem videre: ille vero dilectū: ⁊ hoc vtiq̄z quāto passibilior quis fuerit: tanto a minori sil̄itudine vr̄. Eodez vero mō ⁊ in ira: ⁊ in oībus cōcupiscētijs facile decipiunt oēs: ⁊ magis quātocūq̄z in passionibus magis fuerint. Ideo ⁊ febricitātibus interdū animalia videntur in parietibus a modica similitudine linea⁊ cōpositaruz: ⁊ hi quidez aliquādo decertant in passionib⁹ sic vt si non vehemēter laborant nō lateat quoniā falsuz q̄ si maior fit passio ⁊ mouentur ad ipsa. ¶ Causa vero vt hic accidant hec est: quoniā non p̄m eandez potētiaz iudicat q̄ principale est, ⁊ quo phantasmata fiunt.

¶ Hoc vero signū est: qm̄ videt sol pedalis. cōtradicit aūt aliud aliquid sepe ad phantasiā ⁊ permutatiōe digitorū vnū duo videt: attn̄ nō dicimus: qm̄ duo. dignior em̄ tactu visus. Si vero esset tactus solus iudicaremus vnū duo. ¶ Mentiēdi aūt cā qm̄ non solū cū sensibile mouet apparēt quelz: sed ⁊ cū sensus ipse moueat si eodez mō mouet quēadmodū ⁊ a sensibili. Dico aūt velut terra videtur nauigātibus moueri duz mouet visus ab alio. Ex his itaq̄z manifestū qm̄ non solū vigilādo motus a simulachris fiūt: ⁊ que exirinsecus. ⁊ que in corpore sunt: sz ēt qn̄ fit passio hec que vocat somnus ⁊ magis: tūc apparet sub die repellunt duz operant sensus ⁊ intelligētia exterminant: quēadmodū iuxta magnum ignē minor ⁊ tristitie ⁊ oblectatiōes p̄ue iuxta magnas. Dum vero quiescūt supernatāt parua simulachra: nocte vero p̄pter vacationē particulariū sensuū ⁊ impotētiaz agēdi eo q̄ ab exterioribꝰ ad id qd̄ interius est fiūt coloris reflexio: ad principiū sensus referunt ⁊ fiunt manifesti sedata turbatiōe. Opz autez opinari tanq̄z modicas vertigines que ī fluminibus referunt sic motū vnicuiq̄z fieri cōtinue: sepe quidē sil̄es sepe v̄o dissolutas ī alias figuras p̄pter repulsionē. Ideo post nutrimentū: ⁊ oīo existētibus ternis velut pueris non fiūt somnia. Multus em̄ motus est p̄p eā que ex nutrimēto est caliditatē: vt quēadmoduz in humido si vehemēter moueat quis qn̄q̄z nullū apparet idolū: qn̄q̄z vero apparet quidē distortū: aut oīo vt appareat alteri⁹ modi q̄z sit: q̄ si q̄escat pura ⁊ manifesta idola: sic ⁊ in dormiēdo phātasma ⁊ reliqui motus q̄ p̄ueniunt a simulachris. Interdū q̄dē cū vehemētior sit qui dictus est motus exterminat oīno: interdū vero cōturbate apparēt visiones ⁊ monstruose hec deteriora somnia velut melācholicis ⁊ febricitātib⁹ ⁊ vinolentis. Oēs em̄ hmōi passiones cū spumose sint multū faciunt motū ⁊ turbationē: sedato aūt ⁊ discreto sanguine in habētibus sanguinē cōseruat simulachro⁊

Propter q̄d terra vī nauigātib⁹ moueri.

motus ab vnoquoq; sensuũ valida facit forma ⁊ appa
rere ⁊ videre: ꝑꝑ ea q̃dem que a visu deferunt̃ videre:
ꝑꝑ ea vero que ab auditu audire. Sil'r aũt ⁊ ab alijs
sensitiuis: ex eo enĩ q̃ inde ꝓgredit̃ motus ad ꝑncipiũ
putat̃ videre ⁊ audire ⁊ sentire. Qꝛ aũt visus interduꝫ
videt̃ moueri q nõ mouet̃ vt diximus: qꝛ tactus duos
motus annũciat eo q̃ vnũ duo vr̃. Oĩno. n. qd̃ ab vno/
quoq; sensu dicit principium nisi alius dignior ꝯdicat.
Apparet quidez igit̃ semper: putat̃ aũt non semper qd̃
apparet: si qd̃ dijudicat non detineat̃: vel etiaꝫ moueat̃
ꝓprio motu. Quẽadmodũ vero diximus q̃ aliqui pro/
pter aliquã passionẽ facile decipiunt̃: ita dormiẽtes ꝑꝑ
somnũ: ⁊ qꝛ mouet̃ sensitiua ⁊ alia accñtia circa sensuꝫ:
quare modicã habẽs similitudinẽ videt̃ illud. Cũ enim
dormiuerint descẽdente plurimo sanguine ad ꝑncipiũ
cõdescendũt ⁊ mouẽt qui insunt motus: hi quidẽ pote/
state: illi vero actu. Sic aũt se hñt vt in motu. hic quidẽ
supernatat ipso motus. Si vero corrumpat̃ hoc ⁊ hoc:
adinuicẽ itaq; se hñt: quẽadmodũ facti ramuli ascẽden/
tes ĩ aqua liquefacto sale ita sunt potestate cedẽte vero
qd̃ ꝓhibeat agũt ⁊ soluto ĩ exiguo reliquo sanguine sen
sitiuis mouentib⁹ habẽtes sil'itudinẽ: quẽadmodũ in nu
bibus q̃ similes dicunt̃ hoĩbus ⁊ cẽtauris cito permu/
tata hoꝝ aũt vnũqd̃q; sicut dictũ est reliquie eius qd̃ in
actu simulari. Et abeunte vero est verũ dicere: qm̃ hoc
quale coriscus: sed non est coriscus: cũ aũt sentiebat non
dicebat coriscũ: q̃ ꝓprium ⁊ q̃ dijudicabat: sꝫ per hoc
illũ coriscũ verum. Quod itaq; sentiẽdo dicit esse hoc:
si non oĩno detineat̃ a sanguine: quẽadmodũ sentiens
hoc mouetur a motibus qui sunt in sensitiuis. Et videt̃
quidẽ simile ip̃m esse qd̃ verũ est: ⁊ tãta somni potẽtia q̃
facit hoc latere. Quẽadmodũ igit̃ sique lateat supposi/
tus digitus oculo: nõ solũ appebit: sꝫ ⁊ putabit̃ eẽ duo
qd̃ est vnũ. Si v̄o nõ lateat apparebit qdẽ: nõ putabit̃
aũt: sic ⁊ ĩ somnis: si sentiat quidẽ qm̃ dormit ⁊ passionẽ

in qua est sensus dormitionis: appet quidẽ dicit qm̃ vr̃
quidẽ in ipso vt coriscus: non est aũt coriscus: sepe em̃
dormiẽdo dicit aliq̃d in aĩa: qm̃ somniuꝫ est qd̃ appet.
Si vero lateat qm̃ dormit nihil ꝯdicit phãtasie. Qꝛ aũt
vera dicimus: ⁊ quot sunt mot⁹ phãtastici in sensitiuis:
manifestũ est. Siq̃s attẽdens tentet memorare q̃ pati/
mur dormiẽtes quidẽ ⁊ expgefacti: ĩterdũ em̃ q̃ appa
rẽt idola dormiẽti aspiciet expgefactus eẽ mot⁹ in sensi
tiuis. Quibusdã em̃ iunioꝝ ⁊ oĩno ꝓspiciẽtibus si sint
tenebre idola apparẽt plura que mouent̃ ita vt velent̃
frequẽter timentes. Ex his itaq; vniuersis opꝫ syllogi/
zare q̃ est somniũ phãtasma quidẽ aliqd̃ ⁊ ĩ somno. Nã
que mõ dicta sunt idola nõ sunt somnia: neq; siq̃d aliõ
sensibus solutis videt̃. Sꝫ neq; qd̃ in somno phãtasma
omne. Nã primũ quidẽ aliquibus accidit ⁊ sentire ali/
quo modo ⁊ sonos ⁊ lumen ⁊ sapores ⁊ tactũ languide
quidẽ ⁊ velut de longe. Jaꝫ em̃ in dormiẽdo respiciẽ/
tes ⁊ mox excitati: qd̃ debiliter videbãt lumen lucerne
dormiẽtes vt arbitrabant̃ expergefacti statiꝫ cognoue
runt: qm̃ lucerne erãt: ⁊ galloꝝ/ ⁊ canũ debiliter audiẽ/
tes vocẽ expergefacti cognouerũt manifeste. Quidaꝫ
vero ⁊ rñdẽt iterrogati: cõtingit em̃ ⁊ vigilare ⁊ dormi
re simpl'r altero existẽte ⁊ alterũ aliquo nõ inesse: quoꝝ
nullũ somniũ dicẽdũ. Sꝫ neq; q̃cunq; quidẽ in somno
fiũt vere intelligẽtie ꝑꝑ phantasmata: sed phantasmata
qd̃ est a motu simulachroꝝ cum in dormiendo fit ⁊ in
eo q̃ dormit: hoc est somniũ. ¶ Jã vero quibusdã acci
dit vt nullũ somniũ viderit ĩ vita: rarũ quidẽ hmõi est:
accidit tñ ⁊ his quidẽ oĩo ꝑseuerãt. q̃busdã vero ⁊ mul/
tuꝫ ꝓuectis etate accidit cũ ꝑmũ nullũ somnũ viderint.
¶ Causaꝫ aũt q̃re non fit: sil'e aliq̃d opꝫ arbitrari: qm̃
neq; qui post cibum dormitauerit/ neq; pueris fit som
niũ. quibuscũq; em̃ hoc mõ cõsistit nã ita vt multa ascẽ
dat euaporatio in superiorẽ locũ vel iterũ deorsum lata
facit multitudine motus ꝯueniẽter istis nullũ apparet

Propter qd̃ aliq̃ nõ somniãt per totam vitã suam.

phãtasma: pdeunte aũt etate nihil incõueniẽs est appa
rere somnia. mutatiõe em̃ aliqua facta vel ꝑm etatẽ vel
ꝑm passionẽ necessariũ accidere ꝯrietatẽ hanc.

¶ Capitulum de diuinatione somnioꝝ.

E diuinatione vero q̃ in somnis fit: ⁊ dicit
accidere a somnis: neqꝫ cõtenere idoneuꝫ:
neqꝫ suaderi. Nam qd oẽs quidẽ vel plu
res existimãt hr̃e aliquã significationẽ som
nia/ prestat aliquẽ finẽ tanqꝫ ab experientia
dictũ. Et q̃ de quibusdaꝫ in somnijs fit diuinatio nõ est
incredibile: hꝫ em̃ aliquã rõnẽ. Ideo ⁊ de alijs somnijs
fit vtiqꝫ qs arbitrabit: nullã vero rõnabile cãm videre
ꝑm quã vtiqꝫ fiat hoc decredere facit. Nã deũ quidẽ eẽ
mittentẽ cũ alia irrõnabilitate: ⁊ non optimis ⁊ prudẽ
tissimis: ꝫ qbuslibet mittere incõueniẽs est. ablata ve
ro que a deo causa nulla aliarũ vr̃ cõueniẽs esse causa.
¶ De his q̃ circa Herculeas colũnas ⁊ q̃ in boristene
ꝓuidere aliqua sup nãm vr̃ eẽ prudentiã inuenire origi
nem hoꝝ. Necesse igit̃ somnia vel causas esse vel signa
eoꝝ q̃ fiũt aut accũtia vel oia vel aliq̃ eoꝝ vel vnũ solũ:
dico aũt causaꝫ quidẽ vt lunã defectus solis: ⁊ laborẽ fe
bris. signũ vero defectus stellã subintrare: asperitatẽ ve
ro lingue febriẽdi. accidẽs vero aliquo ambulãte defi
cere solẽ neqꝫ em̃ signũ deficiendi hoc est: neqꝫ cã: neqꝫ
defectus ambulandi. Ideo accidẽtiũ nullũ neqꝫ sem
per fit neqꝫ vt multũ. sint ergo somnioꝝ hic quidẽ cause
⁊ signa velut eoꝝ que circa corpus accidũt. ¶ Dicunt
quidẽ ⁊ medicoꝝ grossi. qm̃ opꝫ valde intẽdere som
nijs. cõuentens enꝫ est sic existimare: ⁊ artificibus aũt
cõsiderantibus aliqd ⁊ phãtasmatibus. Naꝫ qui in die
motus nisi magni fuerint ⁊ valde fortes latẽt secus ma
ioꝝ qui in vigilãdo sunt motus: in dormiẽdo aũt cõ
trariũ. parui etenꝫ magis videnꝫ esse: manifestũ aũt ex
his que in somnijs accidũt frequẽter. Arbitramur enꝫ
fulgura cadere ac tonitrua fieri paruis sonis in aurib⁹

factis. Et melle ⁊ dulcibus saporib⁹ perfui tenui flẽg
mate defluente: ⁊ ambulare per ignez ⁊ calefieri vehe
menter: paruo calore circa quasdã partes facto: exper
gefactis autez manifesta hoc modo se habentia: quare
qm̃ omniũ parua principia manifestũ: quoniã ⁊ egri
tudinum ⁊ aliarum passionum que in corporibus di
cuntur fieri. Manifestũ ergo: qm̃ necessariũ hec in som
nijs esse patiẽtia magis q̃ꝫ in vigilãdo. ¶ At vero que
dam quidẽ q̃ in somnijs phantasmata causas esse pro
prioꝝ actuũ cuiuslibet nõ est irrationabile. quẽadmo
dum enꝫ debẽtes agere in actionib⁹ existẽtes aut olim
agẽtes sepe recta his somnia intuemur ⁊ agimus. Cau
sa aũt qm̃ ꝓparatus existit motus a diurnis ichoationi
bus sic rursus nẽciuꝫ est eos q̃ in somno sunt motus eẽ
frequẽter diurnoꝝ ꝓncipiũ actuũ: eo q̃ ꝓparata sit rur
sus ⁊ eoꝝ intelligẽtia in phantasmatib⁹ nocturnis. Sic
ergo cõtingit somnioꝝ quedẽ signa ⁊ cãs esse: plurime
vero accidẽtib⁹ assimilant̃ maxime vt trãscẽdẽtia oia: ⁊
quoꝝ nõ est origo in nobis: sꝫ de nauali bello ⁊ de his
que ꝓcul accidũt sunt. de his enꝫ eodẽ mõ se hr̃e veri
sile est: velut qñ memoranti de aliquo cõtingit hoc fa
ctũ eẽ. Quid enꝫ ꝓhibet ⁊ in somnis ita magis aũt ve
risile multa hmõi accidere. Quẽadmodũ igit̃ neqꝫ me
minisse de aliquo neqꝫ signũ neqꝫ cã accidẽdi ipsum sic
nec ibi post euentũ somnij videti: neqꝫ signũ neqꝫ cã: sꝫ
hec sinthoma ideo: ⁊ multa somnioꝝ non eueniũt. Sin
thomata enꝫ neqꝫ semp neqꝫ vt frequẽter fiunt: oino
aũt qm̃ ⁊ alioꝝ animaliũ quedaꝫ somniant: a deo vtiqꝫ
missa non erũt somnia: neqꝫ facta sunt huius grã: dei
monia tamen: natura enꝫ deimonia: non diuina enim.
¶ Signũ aũt: valde enꝫ stulti hoies ꝓuidentes sunt ⁊
recte somniãtes tãqꝫ deo nõ ĩmittente. Sꝫ quoꝝcũqꝫ
quasi loquax nã est ⁊ melancholica: multimodas visio
nes videt: eo.n.q̃ ꝑm plurima ⁊ multifaria moueãtur
cũ theorematibus existẽtibus ĩ his: sic gdẽ rapiunt cõ/

tendẽtes. nã quẽadmodũ ⁊ dr̃ si multa iacias aleas dis/
pariter iacis: ⁊ i his hoc accidit. ¶ Qm̃ aũt nõ euenĩũt
multa somniorũ nihil incõueniẽs: neq; n. eorũ q̃ in cor/
poribꝰ sunt signorũ ⁊ celestiũ velut aquarũ ⁊ vẽtorũ. si. n.
aliꝰ vehemẽtior isto accit morꝰ a quo futuro nõ sit signũ.
⁊ multa ꝓsulta bene que fieri expediebat dissoluta sunt
pp alias dignior̃es inchoationes. Qino. n. oẽ nõ fit qd̃
futurũ erat: neq; idez qd̃ erat ⁊ qd̃ futurũ erat: verũtã q
dẽ ꝑncipia dõm eẽ a qbꝰ nõ pfecta sunt: ⁊ signa ⁊ signa/
ta sunt hec aliquorũ q̃ nõ sunt. de his vero somnijs q̃ nõ
hmõi hñt origines ꝗ dilatiões vel tpibus: vel locis vel
magnitudib̃: vel horũ qdẽ nihil: nõ tñ hñtib̃ in seipsis
principia q videt sõnia: nisi puisum fiat ab accidente: tale
vtiq; erat magis: qm̃ vt dicit Demo. idola ⁊ defluxiões
cãns. Quẽadmodũ. n. cũ qs moueat aquã vel aerẽ hic
aliud mouit ⁊ qescẽte illo accidit hmõi motũ pdir̃ vsq;
ad aliqd illo qd̃ mouit nõ pũte. sic nihil phibet motuz
aliquẽ ⁊ sensuz ptingere vsq; ad aias somniãtes a qbus
ille idola facit ⁊ defluxiões: ⁊ quascũq; ptingẽtes ꝓtigit
magis sensibiles eẽ nocte: eo q̃ q̃ in die deferunt: dissol
uunt magis. Plus. n. sine turbatiõe aer noctis eo q̃ silẽ
tiores sint noctes: ⁊ in corpe facere sensuz pp sõnũ. iõ ⁊
puos morꝰ intrisecos dormiẽtes sentire magis q̃z vigi/
lãtes. hi vero morꝰ phãtasmata facũt: ex qbꝰ puidẽt fu
tura de hmõi: ⁊ iõ accidit passio hec qbustibz ⁊ nõ pru
dẽtissimis. in die vtiq; n. fierẽt ⁊ sapiẽtissimꝰ fideus eẽt
mittens. sic aũt verisiḿe quoslibet puidere. naz intelligẽ
tia horũ nõ est curis affecta: sed tanq̃z deserta ⁊ vacua
ab omnibus ⁊ mota ꝑm mouẽs ducitur. ¶ Et q̃ qui/
dem extatici preuident causa est: quoniã proprij motus
nõ infestant: sed longe proijciuntur: extraneos igit̃ ma
xime sentiunt. Quosdã autem recte somniãtes esse no/
tos de notis maxime preuidere accidit eo q̃ noti maxi
me pro se inuicem solliciti sunt: quẽadmodum procul
entes maxime cognoscunt ⁊ sentiũt. sic ⁊ motus; notior

Multa eõ/ sulta bñ q̃ fieri expe// diebat disso lura sũt pp meliores in choatiões.

enim notiores sunt motus. Melãcholici autẽ propter
vehementiã quẽadmodũ iacientes longe bene conie
ctant: ⁊ propter permutationem cito habitum imagi/
nantur ipsi. Quẽadmodum enim philegidi poemata:
⁊ que furiosi sunt habita similia dicunt ⁊ intelligunt ve/
luti venerem ⁊ verem ⁊ sic copulant ad id quod longe.
¶ Amplius aut propter vehementiam non repellitur
eorum motus ab alio motu. ¶ Artificiosissimus autez
iudex est somniorum qui potest similitudines inspice
re. Recta enim somnia iudicare cuiusq; est. dico autem
similitudines quoniã similia accidunt phantasmata eis
que in aquis sunt idolis sicut ⁊ prius diximus. Ꝑ ibi ve/
ro si multus fiat motus non simul fit apparitio: ⁊ idola
veris: promptus vero erit emphases iudicare: qui po
test cito inspicere ⁊ sentire dissipata ⁊ distorta idolo/
rum: quoniaz est hominis vel equi aut cuiuscunq;. ⁊ ibi
ita q; aliquid potest similiter somnium hic motus enim
impedit rectum somnium. ¶ Quid quidem igitur est
somnus ⁊ somnium: ⁊ propter quam causam vtrũq; ho
rum fit. Amplius autem ⁊ de ea que in somnis diuina
tione est dictum est.

Et cũ iã dixim̃ de hac virtute: dicẽdũ est de sõno ⁊ vi
gilia. Et prio vtrũ appropriẽt anime vel corpori: aut
vtriq; ⁊ cui pti aie attribuũtur: ⁊ cui mẽbro corpis ⁊
vtrũ qdlibet ex aĩalib̃ hz alterã istarũ duarũ virtutuz
aut vtriq;. ¶ Sõnus. n. ⁊ vigilia describunt multis
modis. dr̃. n. q̃ somnꝰ est sensus in potẽtia nõ rerũ exi
stentiũ. dormiẽs. n. videt: q̃si comedat ⁊ potest ⁊ senti
at p oẽs qnq; sensus. Vigilia aũt est sensus in actu. ¶ Et ex hoc appet
q̃ somnꝰ est priuatio vigilie. qõ. n. est in potẽtia est priuatio eiꝰ qõ est
i actu. Et sensus q est in potẽtia in sõno: qñq; ꝓtingit vt exeat in actũ
in somnijs veris pnũciatiuis mirabiliũ: ⁊ tũc sensus q est in potentia
erit nobilior sensu q est in actu. sensus aũt q est i potẽtia si fuerit fal/
sus est vilior ⁊ sensus in actu ẽ nobilior eo. ¶ Et vr̃ sicut dicit Ari. q̃
sensus actualis est corpalis: ⁊ potẽtialis est spũalis. Corpalis aũt est no/
bilior apud sentiẽs corpale. Spũalis vero est nobilior apud cõphen
dẽs spũale. simplex aũt spũalis est nobilior corpali: ⁊ sensus spũalis
nõ solũmõ inuenir̃ i sõno/ ꝗ et in vigilia apud ꝓgregationẽ ⁊ adunatio
nẽ triũ ẽtutũ: sicut dixim̃ prius. ¶ Et ex his duabꝰ descriptõib̃ ap/
paret q̃ he due ẽtutes sunt eedẽ in sbto ⁊ due ꝑm modũ ⁊ diffõent:
ẽ q̃ subiectũ earũ est virtꝰ sensibilis cõprehẽdens. ⁊ q̃ sunt cõmunes

Pria descri ptio sõnij.

Qd ẽi po/ tẽtia ẽ pua/ tio eiꝰ qd̃ ẽ i actu. Ꝑ dẽ 9. met. c. 3.

ale ⁊ corporis. actio.n. ale sensibilis est cōis ale ⁊ corporis: q non agit nisi p instrā: ⁊ appet q nō oz attribui nisi virtuti sensus cōis ex q̄ dico. Impose est.n. vt attribuant virtuti nutritiue. plāte.n. nō hnt somnū cū nō habeāt cōprehēsionē: ⁊ cū nō attribuat ale nō cōprehē siue: remanet vt attribuat ale cōprehēsiue ⁊ irrōnali. aial.n. irrōnabile dormit: ⁊ q aial dormiens nō caret in somno aliquo de instris sensus: aut instris motus: ⁊ cū hoc neq sentit neq mouet: scimus q cā in somno est q cōprehēdēs sensibilia recessit ab instris illis ad interius corpis. ¶ Et q declaratū est in libro de aia hic esse virtutem sensibilē cōem oī sensuū que iudicat diuersitatē ⁊ multitudinē sensibilium: scimus q illud q̄ recessit ab istis instris est sensus cōis: ⁊ q q̄ditas sōni est introitus istius virtutis sensibilis cōis in corpus: ⁊ q vigilia est motus istius virtutis ad sua instra extra corpus. ¶ Et iō somnus describit: ita q est quies mot⁹ ⁊ q vigilia est cōtinuatio motus: ⁊ iste sermo magis demōstrat quiditatē somni q̄ p̄dict⁹: qm aūt somn⁹ est introitus sensus cōis ad interius corporis manifestum est. ¶ Et signū eius est: q vigilāti accidit sile. s. q: trāseūt p ipm sensibilia ⁊ nō cōprehēdit ea: ⁊ hoc erit cū cogitauerit maxle ō aliquo: tūc enīz cognoscūt instrumēta ale sensibilis: ⁊ inducūt cōem sensuz ad interius corpis: ⁊ ad adiuuandū cogitatiuā. virtus.n. cogitatiua viget apud quietē alioz sensuū: ⁊ iō comprehēdit hō in somno futura nō in vigilia: ⁊ ista virtus cogitatiua iuuat p̄sēnādo illud q̄ hz de imagine illius rei: ⁊ colat ipsaz imaginatiuat vt sit p̄sens in virtute cogitatiua. intētio.n. que cōprehēdit p cogitationē est spūalis: ⁊ ō nō accidit alicui aialiū: nisi hoī: q: nō hnt intellectū: ⁊ tm cōprehēdūt descriptōes ⁊ cortices rerū. ¶ Et signū eius est q: trāseūt p noctitiuū ⁊ nō cadūt ⁊ p vtile ⁊ nō querūt ipm. ¶ Et et describit sōnus sic est q ligamentū virtutū ⁊ cōfirmatio eaz: ⁊ q vigilia est dissolutio virtutū ⁊ debilitas eaz. in vigilia enīz q: sensus vtunt instrumētis accidit ei dissolui a suis instrumētis pp fatigationē ⁊ ōbilitatē ⁊ q: somnus est absconditēs hanc virtutē accidit ei vt sit ligamētum istaz virtutū: q: acquirūt p ipm fortitudinē: ⁊ q: ista fatigatio accidit instrumētis a passionib⁹ extrinsecis. U. g. a labore ⁊ ab aliis: iō habēt introitū in descriptōe somni. ⁊ cū ista est descriptio somni oz vt oē aial hns somnū hēat vigiliā. ¶ Debilitas.n. accidit aialibus nēcio: ⁊ nō eodē mō. q̄dā.n. aialia hnt quīq sensus: ⁊ ista hnt somnū ⁊ vigiliā p̄fecte: ⁊ letitiā ⁊ tristitiā: ⁊ appetitū p̄fecte: ⁊ q̄dā hnt altiorē sensuz: ⁊ ista hnt somnū: ⁊ nō in oibus virtutib⁹: cū nō habeāt vigiliā in eis. ¶ Et nō est dubiū q p̄fect⁹ somn⁹ ⁊ gaudiū nō inuenūt nisi in habētib⁹ sensuz cōem p̄fectum. s. in aialibus hntibus quīq sensus: q: multa carēt quibusdā istoruz sensuū: ⁊ tm dormiunt. U. g. cecus ⁊ surdus: ⁊ hoc nō est accidētale nō naturale ⁊ isti nō carent sensu cōi: ⁊ instris p que sensus cōis videt sensibilia. ¶ Et quidā describerūt sōnū q est illud q̄ fit p debilitatē virtutū sensibiliū: ⁊ non ois sōn⁹ fit ex debilitate virtutū sensibiliū: fit.n. maxle a cogitatiōe in aliq re qñ sensus cōis p̄fundat ad iuuādū cogitationē: ⁊ nō p debilitatē ꝛtingētē: imo actio ei⁹ tūc cū aliis virtutib⁹ fortior est q̄ in vigilia. ¶ Et signū ei⁹ q virtutes sensibiles ꝛtrahunt apud somnū interi⁹ est: q: hō qñ cogitauerit in aliq re difficili maxie ꝛtigit ei somn⁹

Tertia somnij descriptō

Quarta somnij descriptō

Quīta somnij descriptō

lō q qbusdā hoīb⁹ accidit sile mortis. s. pp debilitatē vtutū extrisecaz ⁊ p vsuz vtutū extrisecaz in cōphēdēdo nobilia ⁊ videdo spūalia exntia ī mūdo: sicut ãgelos ⁊ celos ⁊ alia. Q: sensus cōis vno mō ē vn⁹: ⁊ alio mō est multi. est.n. vn⁹ sensus q: cōphēdit oīa sensibilia quīq. ⁊ ē multi: q: hz multa instra. s. oculū: nares ⁊ aures: ⁊ illud sentiēs ē idm sōni ⁊ vigilie: ⁊ est vle multis virtutib⁹ sensus: māifestū est igit q sōn⁹ ⁊ vigilia ꝛtinēt multas vtutes virtutū aialiū. ¶ Et iō dicit Ari. q neēe est vt hō sit eqlis inter has duas virtutes: ⁊ nō declinet plus ad vnā q̄ ad aliā: qm si declinauerit magis ad somnuz q̄ oz hebetabit aia ⁊ instra nālia quid⁹ agit. ⁊ si declinauerit ad vigiliam corrūpent virtutes ⁊ instra nālia. manifestū est igit ex hoc cuius virtutis ale est somnus ⁊ vigilia. ¶ Et q: ista virtus necio hz subiectū ppriū: ⁊ illud est mēbrū in quo est ista virt⁹: pscrutādū est de hoc mēbro qd sit. Dicam⁹ igit q iā declaratū est supius q sensus cōis est in corde: ⁊ q cerebrū est vnū instroruz cōplentiū hanc actionez fm tpamentū exns in eo: ⁊ cuz ita sit ⁊ somn⁹ est introit⁹ cōis sensus interi⁹ corpis manifestū est q principiū istius mot⁹ est in vigilia a corde ⁊ finis eius ad cerebrū. In sōno aūt pncipiū eius est a cerebro ⁊ finis ad cor: ⁊ in rei veritate principiū ei⁹ in vtroq est a corde: ⁊ sz cerebrū est cā in sōno quoq modo magis q̄ in vigilia: ⁊ vlr. vtrūq istoz est cā in hoc: ⁊ sz cor est pria cā ⁊ cerebrū scōa: hec igit duo mēbra cōes hnt has duas virtutes. Quare igit accidit hoc duob⁹ his mēbris apparebit ex hoc q̄ dico: cuz.n. fuerit positū q cā oīs ei⁹ q̄ accidit omnī aīali est calidū aut frigidū: aut humidū: aut siccū: aut cōpositum ex eis: ⁊ posuerim⁹ q somn⁹ est introit⁹ sensus cōis ad mēbrū q̄ est sensuū principiū: ⁊ subiectū sensus cōis est calidū nālis: manifestum est q somn⁹ fit p recessuz calidū nālis ⁊ cōtractione ei⁹ ad suū pncipiū q̄ est cor. mot⁹. n. nō accidit corpi: nisi q est mot⁹ in subiecto: ⁊ ideo vtutes nō mouent nisi fm suū ibz. ⁊ cū hoc declaratū est q cōtractio calidi nālis ad interi⁹ corpis accidit p suū cōtrariū: q̄ est frigidū ⁊ humidū: quēadmodū expāsio ⁊ mot⁹ ad extra accidit ei p calor: ⁊ siccitatē necesse est vt nō accidat ei hoc accidēs apud somnū nisi pp frigidū ⁊ humidū q̄ dominant in cerebro: ⁊ vigilia accidit pp calidum ⁊ siccū dñantia in corde. ¶ Q̄uo aūt accidit ista cōtractio p frigidū ⁊ humiduz declarabit ex hoc q̄ dicam. Humiditas.n. innata est oppilare vias calidi nālis in venis ⁊ neruis: ⁊ phibet spūs in veniendo ad sua instra ppria: sicut nubes phibent solem ad eo q nō pōt venire ad extrisecū. Frigiditas vero innata est mouere calor: ē naturalez ad sup̄ originē: q: est cōtraria eis: ⁊ si nō corrūpret statiz calor: naturalis cū hoc q frigiditas ēt ꝛstringit corpus ista q reuertit in minorē q̄titatē: ⁊ iō elementū frigidū est minoris q̄titatis q̄ alia. ⁊ testat q frigiditas ⁊ humiditas faciūt somnū est illud q̄ accidit in multitudine somni qñ comedit hō frigida ⁊ humida. ⁊ hoc accidēs accidit spūali nāli ex duob⁹ quoz est digestio cibi in cerebro ⁊ corde. sez3 autem est fatigatio q accidit in instris sensus calori nālis. cibus enīz qñ alterat in sanguine cui⁹ colamentū fuerit ad cor. deide ad vnūq̄q mēbrū corpis fm ꝛueniētiā ibit ad cerebrū id q̄ ꝛueniēt ei. s. ps humida ⁊ frigida: ⁊ qñ mēbris aduenerit nutrimētū humefūt ⁊ lirigidant magis q̄ ante: ⁊ maxie mēbrū q̄ nāliter est frigidū ⁊ humidū:

Sensus cōmunis vno mō est vnus ⁊ alio mō ē plures. Vide. 1. ō aia. 149.

De subiecto somnij.

De cāis eiūsdē somnium.

& ĩ ducibus q̃ñq; digerit calidũ nãle patit ẽt a cibo: & hũesit & infri
gidat ẽt nutrimẽtũ. n. vno mõ est file: & alio mõ est dissile. Et fit ẽt in
mẽbris p decoctionẽ vaporis grossi: ex qb⁹ turbat ſpũs aĩalis nãlis:
& grauat & mouet cõtracte ad suũ ꝓncipiũ q̃ō est cor: & sic fit somnus
nẽcio: & q: cerebrũ est frigi. & humi. & oẽ mẽbrũ ledit in maior pte p
eũntũ q̃ō in eo dñat: ĩõ sõn⁹ in maior pte fit a cerebro cũ hoc ẽt q̃ cor
in illa hora. ſ. nutrimẽti infrigidat calor eius: & cũ infrigidabit debi
litabit actio ei⁹ in cerebro ĩ alijs mẽbris. Sõn⁹ igit accidit nẽcio pp
debilitatẽ cerebri & cordis: & vtrũq; illoꝝ est cã in debilitate sui cor/
poris: lz cerebrũ in hoc sit fortior: cã pp cõplexionẽ ei⁹. Et cã debilitatis
eoꝝ est digõ cibi: ĩõ aĩal dormit dũ clb⁹ est in digõne: & excitat q̃ñ
digestio cõplebit: tũc. n. curat calor nãlis ex illa hũiditate & vapor/
bus & mouet in venis & neruis ad extra corpus: & sic fit vigilia ad ex
corpus: & sic fit vigilia: & contractio caloris nãlis in hora digõnis hz
aliã cãm. Aĩa. n. q: est vna vno mõ & multa alio mõdo hz in istis vir
tutib⁹ opationẽ p ꝛgregationẽ eoꝝ. Cũ igit nẽcia fuerit sibi aliq; actio
reducet instrã quib⁹ vtit in alijs actionib⁹ ad istã actionẽ vt vigeat
in illa actõe: & ĩ calor nãlis apud digestionẽ cibi reuertit ad actionẽ
virtutis nutritiue: & hoc erit in interior pte corpis. ¶ Et ista est vna
cãrum pp q̃s fit somn⁹ ex fatigatõe: hz. n. suas cãs: quaꝝ vna ẽ ō gñe
isti⁹: qm q̃ñ calor nãlis fuerit ſparsus & diminut⁹ p motũ in loco & mo
tũ cõprehẽsionis. ſ. sensus stati aĩa mouebit ſpm in pfundum corpis
vt agat p illã in religas postremi nutrimẽtis: & sic augmẽtat ſba eius
& acgrit aliqd aliud loco eius q̃ō est dissolutũ ab eo. Cã aũt scõa ẽ q̃
quido mot⁹ ſparserit calorẽ nãlẽ/tũc calor remittet & diminuet & ag
grauabit pp frig⁹: & sic cõtrahit ad suũ ꝓncipiũ vt expellat a se cõple
xionẽ accidẽtẽ. Sõnus igr iuuãs nãlr accidit pp trãsmutationẽ calo
ris nãlis in ꝓtitate & q̃litate. In cibo. n. trãsmutat p humidũ & frigi
dũ. In fatigatõe aũt trãsmutat p diminutionẽ humidi & frigidi. q̃re
aũt accidit hoc aĩali est pp necessitatẽ: hoc. n. corpa q: necessitate ac/
cidit eis fatigatio & labor apud motũ & nutriunt: & ĩõ indigẽt somno
pp getẽ & nẽcitatẽ nutrimẽti. Ecõuerso corpib⁹ celestib⁹ illa. n. q: nõ
fatigant neq; nutriunt nõ indigent somno. ¶ Quid igit fit somn⁹: &
cui pti aĩe attribuit: & cui mẽbro corpis: & q̃ō & quare declaratũ ẽ:
& post hoc determinãdũ de nã somnioꝝ: & q̃ est sui gñis ō cõprehensio
nib⁹ diuinis q̃ nõ acgrunt p acgsitionẽ hoĩs.

¶ Capm De somnijs.

Jcam⁹ igit q̃ ista aꝝ cõprehẽsionũ q̃dã dicunt somniat &
q̃dã diuinãtões: & quedã ꝓphetie: & q̃dã hoĩes negãt ista:
& dicũt ea accidere casutlz negare ea est negare sensata:
& maxie negare vera somnia. multus. n. hõ est q̃ nõ vide
rit somniũ q̃ō nõ enũctauerit ei aliq̃ō futurũ: & cũ homo
experimẽtauerit hoc multotiens videbit q̃ hoc non acci/
dit casu: sed eẽntialr: & ille alte cõprehensiones licet nõ sint vise: ta/
men sunt valde famose: & ea que sunt famosa apud omnes: aut sunt
necessaria ꝓm totum/aut ꝓm partem. Impossibile enim est vt famo/
sum sit falsum ꝓm totũ: & sermo de istis oĩb⁹ idẽ est: & sermo de q̃dita
te somniij sufficiet: q: eẽ eoꝝ nõ differũt: nisi ꝓm magis & min⁹: sed tm
differũt ꝓm nom pp hoc q̃ vulg⁹ dicit. ¶ Dicũt. n. q̃ somnia sunt ab
angelis

Famosum nõ est ex to so falsum.

angelis: & diuinatões a demonib⁹: & pphetie a deo aut cũ medio: aut
sine medio. Et Arist. nõ fuit locut⁹ nisi tm de somnijs. Dicam⁹ ergo q̃
somnia sunt duob⁹ modis: aut vera: aut falsa: & ē ꝓsideradũ cui parti
partiuz aĩe attribuit vterq; istorũ modoꝝ: & que est cã agens vtrũq;
istoꝝ modoꝝ. & q̃re sunt somnia vera: & q̃ō sunt: & q̃ñ sũt: & quot mo
dis: & pp q̃d sunt. ppria somnio: & q̃re q̃dã somniãt vera ĩ maiori pte:
& q̃dã nõ: & q̃dã falsa: & q̃re q̃dã ꝛiterp̃tant in maiori pte: & q̃dã nõ.
¶ Dicam⁹ q: dormiẽs sentit se videẽ/& audire/& olfacere/& gustare
& tãgere sine aliquo extrinseco sensibili: neẽe est vt initiũ isti⁹ mot⁹ in
somno sit finis ei⁹ in vigilia: & q: mot⁹ in vigilia ĩcipit a sensibilib⁹
extrinsecis & puenit ad virtutẽ rememoratõis que est in quto ordine:
necesse est ꝓncipiũ esse ab hac virtute. sed q: virt⁹ rememoratiõis &
cogitatiõis nõ agunt in somno: ĩõ attribuit imaginatiue. Jsta. n. vir/
tus est semp in motu in actiõe ꝓtinua & in trãsactiõe de vna imagine
ad aliaz imaginẽ. q̃ñq; igit facit hoc de intẽtionib⁹ q̃ sũt in rememo
ratiua: & q̃ñq; de passionib⁹ q̃ sunt in sensu cõi: & q̃ñq; occurrit inten/
tioni: & recipit intẽtionẽ illius rei quã imaginat a suo ꝓncipio extrin
seco: & post declarabim⁹. ¶ Et manifestuz est ex his oĩbus q̃ somnia
debẽt attribui virtuti imaginatiue siue fuerint falsa siue vera. q̃ō
autẽ accidit q̃ in somno videt hõ q̃ sentiat p quinq; sensus abs q̃ eo
q̃ ibi sit aliq̃ō sensibile extrinsecũ: hoc accidit p cõtrariũ motũ ei q̃ō
est in vigilia. In vigilia. n. sensibilia extrinseca mouẽt sensus: & sen
sus cõis mouet virtutẽ imaginatiuã. In somno aũt q̃ñ virtus imagi
natiua imaginata fuerit intẽtionẽ quã accepit ab extrinseco: aut ex
virtute rememoratiua reuertet: & mouebit sensuz cõem: & sensus cõis
mouebit virtutẽ particularẽ: & sic accidit q̃ hõ ꝓprehẽdet sensibilia
lz nõ sint extrinsecus: q: intentiones eorũ sunt in instrãs sensuũ: & in/
differẽter siue intẽtões veniãt ab extrinseco siue ab intrinseco. ¶ Et
sile huic accidit hñti timoreẽz: & infirmo pp intẽtionẽz imaginatiõis
in istis dispõnib⁹. mot⁹. n. virtutis imaginatiue intendit in somno: q:
est soluta a ligamẽto virtutis cogitatiue: & pp debilitatẽ isti⁹ virtutis.
ſ. cogitatiue in infirmo & hñti timoreẽz accidit eis tale accñs. ¶ Qm
aũt somnia siue vera siue falsa attribuunt virtuti imaginatiue decla
ratuz est. De causis vero istoꝝ duoꝝ modoꝝ somnij declarandus est.
¶ Dicamus igitur q̃ somnia vera enunciant aliq̃ō esse cuius esse ha/
betur apud nos nãliter ante istã cognitionẽ: & est in hora cognitiõis
in maiori pte nõ ens: & ista fides quã habemus post ignoratiã nõ ac/
quirit ex cognitiõe ꝓcedente: neq; post cognitionẽ: sicut ẽt acgrit co
gnitio habita ex ꝓpõnib⁹. ¶ Declaratũ est. n. in posterioribus q̃ co/
gnitionẽ creditã & intellectã antecedũt nãliter duo modi cognitiõis
scz agens & preparãs. ¶ Sed manifestũ est q̃ ista cognitionẽ q̃ acg/
ritur in somno nõ antecedit modus agens. vtrũ aũt ꝓcedat eaz mo
dus ꝓparãs hz dubitationẽ. & cũ ista cognitio est acgsita post ignorã
tiam: & est acgsitua postq̃ erat potẽtia & sine aliqua cognitiõe ante/
cedenti: manifestũ est q̃ eodẽ mõ acgrit sicut ꝓme ꝓpõnes acgrunt:
& cũ ita sit necesse est vt agens eas sit idem & eiusdẽ generis: & q: oẽ
q̃ō exit de potẽtia in actũ hz agens q̃ō est de gñe illius rei q̃ō exit de
potentia in actũ necesse est vt faciẽs istam cognitionẽ sit intellectus
in actu: & iste dat principia ylia in rebus speculatiuis: cuius eẽ decla/

Aristo. parua nãlia.

ratur est in lib. de aia. he enim due dationes sunt eiusdem generis: sed
tñ differunt: qr in cognitionibus vlibus dat principia vlia facientia
cognitionem illius qd erat ignotum. hoc aut in somno dat cognitionē
rei ignote sine medio. ¶ Et ideo oritur h magna perscrutatio & locus
admirationis: quia si hoc potest dari: vtrū hoc possibile est ei in omni-
bus generib⁹: aut tm in quibusdam. Manifestū est enim q̄ somnia nō
sunt in reb⁹ speculatiuis: sed in reb⁹ futuris. & vlr iste modus dationis
large valē est nobilis & attribuit principio nobilioris. s. principio vo-
lutaris: imo est a re diuina & ex perfecta sollicitudine circa hoies: & qr
ppheria ltra hūc modū dationis attribuit deo & reb⁹ diuinis. s. ange-
lis. Et iō dicit Soc. rōcinando hoibus Athenis to hoies ego nō dico q̄
vra scia ista diuina sit falsa: sz dico q̄ ego sum sciens sciam humanā.
¶ Reuertamur ergo & dicam⁹ q̄ cum dator istius cognitionis est intel-
lectus liberat⁹ a mā. Et est declaratū in ꝓma phia q̄ iste intelligētie
abstracte itelligūt naturas vles: & nō dant nisi sile ei⁹ qd hnt. impossi-
bile est vt dent intentionē indiuiduale oino cū non hnt nam cōprehen-
dendi intentionē particulare. & ille forme vles nō indiuiduant nisi
pp mam. ¶ Et si intelligētie abstracte cōprehēderēt indiuiduū tunc
necessario ēnt males: & tunc nō agerēt nisi fm cōtactū. Et cū intel-
ligentie nō intelligāt intētiones indiuiduales: quō igitur dat intelli-
gentia agens istas formā indiuidualē tpi & loco. ppter & vni mō ho-
minū: & vni indiuiduo modi. videm⁹. n. q̄ hō nō cōprehēdit de istis
in somno nisi ea q̄ appropriant sibi aut suis ppinquis aut sue ciuitati.
qō. n. h est I duob⁹ locis. s. quō acquirunt pticularia nā vlis: & quare hec
sunt ppria pticularib⁹ ppriis homini. sermo. n. de istis q̄uis sit val-
de difficilis: tñ rectū est puenire ad hoc fm q̄ possumus in nā nostra.
¶ Dicam⁹ igitur q̄ res facte quedā sunt indiuidua sbā: & quedam
indiuidua accētiū. Indiuiduū aut sbe quedā sunt indiuidua sbā
simpliciū. s. ptes elemētorū: & quedā sunt indiuidua sbā cōpositā: &
indiuidua sbā cōpositā: aut sunt hñtia aias sicut aialia & vege-
tabilia: aut nō: sicut minera & sibi silia. Accidētiū vero quedā sunt
accidētia existētia in indiuiduis sbā simpliciū: & quedā sunt accidē-
tia existētia in indiuiduis cōpositorū: aut in hñtib⁹ aias: aut in carē-
tibus eis: & vterq; istorū modorū duorū/aut est p nam: aut p volūtatē.
Indiuidua aut sbe oia sunt terminata causa agētium cū nullū in-
diuiduū sbe inueniat casu. Declaratū est. n. in libro de gnatione & cor
ruptione: q̄ gnatio partiū elemētorū & trāsmutatio partiū eorū/adin-
uicem est ordinata & cōseruata per motus corporū supercelestiū: & p hoc
fuit pole vt equalr ēet gnatio & corruptio in partib⁹ eorū: & vt rema-
nerēt semp fm totū. & sicr declaratū fuit illic q̄ corpa cōsiliū partiū
que fiunt in eluris sunt determinata in eē: & sunt determinata cā
p mot⁹ corporū supercelestiū & p mot⁹ elnto q̄ que currūt ordinabiliter.
¶ Et declaratū est ēt in libro de aialib⁹ & vegetabilib⁹ q̄ indiuidua
aialiū & plantarū sunt determinata in eē & determinata causa: in
gnabilib⁹ aūt p semina & intelligētia agentē: in nō gnabilib⁹ vero
p elemēta & corpa celestia & intelligētia agentē: & cum ista indiuidua
habeāt determinatū eē necesse vt nā eorū sit intellecta apud formas
abstractā: cuius pportio ad illas est sicut proportio forme artificij ad
artificiatū. Indiuiduorū aut accētiū vel accētis: quedā sunt entia a

12. met. cō. 37. & 51.

Formeples p mās indiuiduantur. Idē p met. c. 40. 12. metra. 14. pūo celi. 92.

Scēdo de generatione. & cō. 55. & 56.

causis nālibus: & q̄dam a volūtarijs & nālibus. qō igit ex istis fuerit
casu. s. in vtroq; genere nāli & volūtario nō hz nam intellectā: cū non
hēat cās terminatas: & iō non est pole vt hō sciat ista futura nisi mō
accētali. modus aūt scōs accētiū determinata cā necessario hz
nam vlem intellectā que est ꝓma cā in eē eorū. Necesse est. n. illud qō
ēntialr scitur hēat cās exntes essentialr: & cū illic fuerint cause exi-
stentes essentialr: neēe est vt sint intellecte apud nam vlem: siue fue
rint intellecte a nobis: siue nō: & ista indiuidua futura non pnt sciri a
nobis p argumētationē. s. in eis q̄ vētura sunt a remoto in tpe & loco
& qr ille cause sunt nō determinati eē apud nos: lz in se sint determi-
nati esse. Nos. n. nō cōprehēdim⁹ istas causas: nisi large & iuter ordi
nes quos nos nō cōprehēdim⁹ ex hoc: & qui sunt determinati apud
nam intellectā a qua que rz recipit nā sensibilis: & a qua mouet sicut
instra mouent a forma artificij. sunt. n. ordines multiplices fere infi-
niti: & iō visum est q̄ nullū indiuiduū sit ēntialr a nā nisi p sciam an-
tecedētem: qm instrm artificis sicut dicit Aris. nō mouet nisi fm arti
ficem. de eis aūt que fiunt volūtarie illa q̄ sunt ēntialr determinata
apud nos: aut fm mores nāles: aut fm mores positos a lege: neēe est
ēt vt sint determinata apud nam: lz sint ignota apud nos: & astrono-
mi nō dant ad iudicandum res futuras: nisi qr existimāt scire de cor-
poribus celestib⁹ cās ppias gnationi cuiuslibet indiuidui modorū spe
cierum. ¶ Hoc. n. posito nō est inopinabile vt intelligētia abstracta
det aīe imaginatiue nam vlem istius indiuidui facti. s. intellectū sue
cāe: & aīa imaginatiua recipit ipsum pticulare fm q̄ est in mā: & tunc
forte recipiet indiuiduū illi⁹ intellecti: aut suū sile: & quēadmodū dat
pfectiones aīales vles: & mā recipit eas particulares ita hic dat perfe-
ctionē vltimā aīe imaginatiue vlem: & imaginatiua recipit eā pticu
larem. Declaratū est. n. q̄ intelligētia agēs dat ꝓmas pfectiones virtu
tum aīe pticulares & pticulariū. s. qnq; sensus & vrtutis imaginatiue.
Dator. n. vltimarū pfectionū in eis est res sensibilis. In hac aūt com
prehēsione ipsūalr que fit in somno illa dat aīe postremā pfectionem.
¶ Et quēadmodum medic⁹ enūciauit qō accidit corpori sortis & aīe
eius in aliquo tpe terminato p duas ppones: quarū vna est vlis intel
ligibilis: & alia pticularis sensibilis: ita ista enūciatio cōponit ex vli
qō dat ab itelligētia: & ex intētione pticulari sili vli illi vli: quare vero
hō non cōprehēdit ex istis pticularib⁹ nisi illud qō est ppriū suo tpi
& suo loco & corpori & suis hoibus absq; alijs particularib⁹ cōicātib⁹
eis in illa nā vli: quare hoc est: qr necesse est vt hō hēat in hac com-
prehensione alterū duorū modorū generum cognitionis que antecedit
fidem. s. cognitio pparās. s. cognitio imaginationis imaginē informās:
& dz antecedere fidē: & hō non pōt acquirere istam cognitionē nisi in indi
uiduis q̄ iam pfuit: & maxie illa indiuidua/circa q̄ habuit magnam
sollicitudinē. de eis āt q̄ sunt ignota apud ipsum nō pōt acquirere scia.
Ista. n. fides: lz nō est necessariū vt antecedat eā cognitio agēs: tñ ne-
cesse ē vt antecedat eā cognitio pparās: quare vero virt⁹ imaginatiua
in maiori parte non inducit veram intentionē indiuidualem que est
sub illo vniuersali qō dat intellectus: sed inducit intentionē similem
illi: hoc accidit qr res sensibilis habet duas formas. s. spiritualem &
est forma similis: & corporalem & est forma rei sensibilis non forma

similis: & forma silis est magis silis: qz est magis ppinqua nãe vli q̃ forma vere rei: & iõ aia imaginatiua recipit intentionẽ intellectã fm q̃ plus pōt recipere eaz in spiritualitate: & q̃nqz recipit eaz corpalẽ: & sic videt hõ in somno ipaz formã nõ suã sile: quare vero ista cõprehẽsio est ppria somni: est qz aia est vna in sbto & multa fm virtutes. ¶ Ideo q̃ vtek aliquo mõ virtutũ debilitabil in vsu alterius modi virtutũ. U.g. q̃ q̃ vtek cõprehẽsione extrinseca debilitabil in comprehẽsione intrinseca: & q̃ vtil virtutib⁹ mouẽtib⁹/debilitantur virtutes cõprehẽsiue: & similr q̃ vtitur virtutib⁹ interioribⁿ/debilitant alie. U.g. q̃ virtus imaginatiua debilitat q̃ cogitatiua vigorat: & ecõuerso: & q̃ aia ociat fm aliqõ genⁿ istoz: aut fm aliquã spẽm vigorabit alia spẽs: & forte non erit contẽta aia in ocio virtutis: sed in instrõ illius virtutis: & ista actio silis est actioni eius in qua cõgregat tres virtutes interiores ad repsentandũ idoluz rei q̃ nunq̃ transiuit pr sensum. & cuz ita sit: necesse est vt actio virtutum imaginatax in somno sit perfecta & magis spiritualis: anima enim in somno fecit ociari sensus extrinsecos & instrumẽta eox & reuertebat sensuz interiorẽ. ¶ Et signũ eius q̃ virtutes interiores sunt pfectioris actionis apud getẽ virtutũ exterioz est: q̃ illi qui multũ cogitant intrant sue virtutes sensibiles intra corp⁹: ita q̃ accidit eis somnus magnus: & ipsi et sponte facũt gescere sensus extrinsecos vt melⁿ cogitẽt. ¶ Et pp hanc cãm illi qui nati sunt sine visu & sine auditu sunt pfectiores fm virtutes interiores. iõ pphetia in dispõne sili venit epilepsie: iste eniz virtutes interiores q̃ mouebunt forti motu ꝓtrahent virtutes exteriores ad eo q̃ forte accidet ex hoc sincopis. ¶ Declaratũ est igit ex hoc quare est ista cõprehensio in somno & non in vigilia: & non est remotum vt aliquis homo comprehendat in vigilia qõ dormiens in somno: imo forte videbit ipsaz formã rei nõ suã sile: sicut dr õ gaumar. ¶ Et pp qd vero sunt somnia: Dicam⁹ ergo pp sollicitudinẽ circa hoiez: hõ. n. qz indiget cognitiõe & cõprehẽsione: in virtute cogitiua qua sciret res futuras vtiles & nocẽtes vt sit parat⁹ contra illas iõ fuit sustẽtata ista virtus cũ hac enunciatiõe nobili & cõprehẽsione spũalit: iõ dr q̃ est vna ps pphetie. ¶ Et hoc manifestuz est in somnio Pharaonis de quo interrogauit Joseph. ¶ Interpretatoz aũt est hõ qui hz aiam paratã nãliter ad distinguẽdũ similitudines rez & somniozuz: & est ille cui largit intellect⁹ intentiões corpales cui assimilãtur in somnio intẽtiones spũales. & de necessitate dz scire similitudines vles õibus gentib⁹: & similitudines ppias cuilibet genti & cuilibet mõhoium. ¶ Gẽtes. n. diuersanẽ in hoc duob⁹ modis. ⁋ Quoz vnⁿ est nãliter. s. fm virtutes eox & fm entia eis propria in suis regionibus. ⁋ Secũdus aũt est fm similitudinẽ & opinationes fm quas nati sunt fm leges suas & receperũt fidẽ inde a natiuitate. s. de pmo principio & angelis & resurrectiõe. ¶ Et ꝓz interpretantẽ: sicut dicit Arist. vt semp sit cogitans/& mũdus/nõ declinans ad mores brute aie. & forte accidit homini vt vnum somniũ interpretet in alio somno: sicut accidit Herculi regi in somnio qõ narrauit Aristo. somniauit aũt somnium qõ nullus scuit interpretari: & cum dormiuit interpretatũ fuit ei & remansit sollicitus in hoc quousq̃z acciderent ille res. ¶ Et forte accidit homini vt videat somniũ: & post hoc obliuiscat: & deinde fortẽ rememorabit illũ ad somnium in vigilia: & q̃nqz rem memorabitur fm illum moduz sentiebat in pterito & iam diximus quomõ. ¶ Et quidaz hoies sunt verioris somnij q̃ quidã pp diuersitatẽ eorũ in hac virtute imaginatiua: & isti sunt habẽtes cõplexiones melancholicas frigidas & siccas. humiditas eniz cooperit virtutes & oppilat vias spiritũ & facit somniũ simile mortiz: ita q̃ fere nihil imaginatur dormiẽs: & humor melancholie⁹ cõuenit somnio & actioni istius virtutis: qz eniz iste humor est multi vaporis: ascẽdit ad caput & facit somnũ: & ideo cõuenit somnio. ¶ Et et cõuenit huic virtuti qz ista virtus semp est in motu in somno & vigilia & semp transfertur de vna imagine ad aliam: & ideo malitia sue actionis est in velocitate mot⁹ de vna imagine ad aliam: & in paucitate cõfirmatiõis & quietis: & bonitas sue actionis est in cõfirmãdo & in bene imaginãdo illã rem quã imaginauerat: & isti actioni cõuenit cõplexio frigida & sicca. Frigiditas eniz facit tarditatẽ motus: & siccitas facit cõfirmationẽ formẽ: & ideo ista virtus hz magnũ dominiũ in melãcholicis: ita q̃ in vigilia cõprehendũt qõ alij comprehẽdunt in somnio. ¶ Utruz aũt ista virtus siue cõprehẽsio fit in tribus tẽporibus: est cõsiderãdũ. q̃ aũt ꝓz enũciari est futurũ tẽpus: sed nõ est remotũ vt hoc cadat in pterito & in pñti q̃ fuerit iguotũ apõ nos. In quo vero genere entiũ cadat ista enũciatio cõsiderandũ est q̃ genera rez sitarũ aut sunt sciẽtie speculatiue: aut artes operatiue: aut virtutes cogitatiue particulares: & est manifestũ q̃ ista cõprehẽsio nõ est in maiori parte: nisi in rebus futurjs: cuius cõprehẽsio propie est a virtutib⁹ cogitatiuis particularib⁹ quibus vtunt ad cõprehẽdendũ vtile & nocens in rebus futurjs. artes aũt operatiue existimatũ est q̃ possint acquiri in somnio: scientie aũt speculatiue remotũ est vt accidat hoc in eis: hõ eniz nãm hz ad comprehẽdẽdũ scientias speculatiuas pr propias ppositiones habitas. ¶ Et si homo cõprehẽderet eas sine propositionibus: tunc ille propositiones eẽnt ociose: & nã voluit hoc: & vniuersaliter si aliqõ intellectum de intellectis sciẽtiarum speculatiuarũ acquiratur hoc modo erit accidẽtaliter & raro. ¶ Et fm sliter impossibile est vt pr ipsum fiat ars speculatiua: nisi aliquis ponat hic esse aliquem modum hominuz qui comprehendunt scientias speculatiuas sine disciplina: & isti homines si sunt equiuoce sunt homies: imo magis videtur angeli q̃ homines. ¶ Sed hoc videt impossibile ex hoc qõ dico: cognitio eniz speculatiua vna ẽ in se nõ diuersa: siue fuerit scita pr disciplinam siue sine disciplina: & si esset scita pr vtrũq̃: tunc disciplina nõ eẽt accepta necessario in diffinitiõe ejus: & sic sumus inter duo: aut vt dicamus q̃ ista cognitio equiuoce dicit cuz cognitione humana: aut vt concedam⁹ q̃ eadem res inuenitur pr causas diuersas & fm hoc respectus rei ad suas causas quibus cõstituit nõ erit necessari⁹: & oẽ hoc est impossibile. ¶ Dicere aũt q̃ possibile est vt imagines rerũ speculatax acquirant ad aliquo mõ hoium hoc mõ cõprehẽsionis impossile est: q̃m acqsitio earuz hoc mõ est superfluuz cũ iam acquirant ab hoie mõ pfectioriz: nisi aliqs dicat forte q̃ iste modus cõprehẽsionis est pprius eis in qbus est posse/vt addiscat scias speculatiuas: sed si isti sunt equiuoce sunt hoies. ¶ De somnijs autẽ veris: & pp qd sunt: & quõ: dictum est.

Idez supra sup loco de memoria. & 3. de ania. s. 2. 20.

Propterqd sunt somnia & diuinatio.

Qualis dr eẽ interpres somnioz.

Entes diuersificatur duob⁹ modis.

Frigiditas facit motus tarditatẽ: & siccitas facit cõfirmationẽ formẽ. Vide. 2. cels cõ. 94.

¶ Cap. De diuinatione somniorum.

E causis vero somniorꝝ falsorꝝ dicēdus est: ⁊ ista somnia ꝓ̃ sunt a duabꝫ causis: quarꝝ vna est ab actōe virtutis imaginatiue apud somnū in passionibꝫ remanentibꝫ in sensu cōi de sensibilibꝫ extrīsecis ⁊ ab actōibꝫ istius virtutis in intētōibꝫ depositis in virtute rememoratiua ⁊ cogitatiua de illis rebꝫ sensibilibus. Horꝫ.n. istius virtutis. s. imaginatiue semp est in thesauro istius virtutis. s. cogitatiue ⁊ rememoratiue ⁊ thesauro sensus cōis. ¶ Cā aūt scēa est desideriū nāle aīe. Anīa.n. brutalis qn desiderauerit aliqd eē aut nō eē inata est facere silitudinē forme illius rei desiderate in illa dispōne desiderata: ⁊ psentare idolū illius rei: ⁊ iō qui desiderat mulieres vr̄ coire: ⁊ his sitim vr̄ bibere aquā. ¶ Et in hoc genere sunt somnia q̄ significāt apō medicos dominiū humorꝝ ī corpe. U. g. ꝙ videre ignē significat dñium choleret ⁊ somniare aquā significat dñium phlegmatis. ¶ Et dria inter istas falsas formas ⁊ veras in somnio est: ꝙ aīa miratur a somnijs veris ⁊ excitat quasi timida ab illo somnio: ⁊ admirata de illa spiritualitate subtili. De quiditate igitur somniorꝝ verorꝝ ⁊ falsorꝝ: ⁊ de causis accidētiuz suorꝝ: dictum est.

¶ Aristo. Stagy. De causa longitudinis ⁊ breuitatis vite: Lib. vnicus.

E eo aūt qd̄ est hoc qdez eē longe vite aīaliuz: hoc aūt breuis vite: ⁊ de vite totaliter longitudine ⁊ breuitate cōsiderādum causas. Principiuz aūt cōsiderationis necessariuz primo ex eo qd̄ est dubitare de ipsis. Non enīz est palam vtruz alterum: aut idem cā oibus animalibus ⁊ plantis eius qd̄ est: hoc quidem esse longe vite: hoc aūt breuis: ⁊ plantarū has quidez pauci tēporis: has autē multum durabilem habere vitaz. Adhuc aūt vtrum eadem que longe vite ⁊ que ꝑm naturā sana natura ꝗstantiuz: aut separata sunt: ⁊ qd breuis vite: ⁊ languorosuz: aut ꝑm quosdā quidez languores appropinquāt languorosa ꝑm naturam corpora his que breuis vite. ꝑm quosdaz aūt nihil ꝓhibet languorosos esse longe vite existētes. De somno qdez igitur ⁊ vigilia dictum est prius: de vita autem ⁊ morte

dicendū est posterius: sicr̄ aūt ⁊ de languore ⁊ sanitate quantuz adiacet nāli phie. Nunc aūt de causa cuius qd̄ est hoc qdē eē lōge vite: hoc aūt breuis vite: sicut dictū est prius cōsiderandū. ¶ Sunt aūt habētia driam hāc tota ad tota genera ⁊ eorꝝ que sub vna specie altera ad altera. Dico aūt ꝑm genus quidem drie vt hoiem ad equum: longiorꝝ em̄ vite genus hoium q̄z qd̄ equorꝝ: ꝑm spēm aūt hoiez ad hoiez. Sunt em̄ ⁊ hoies hi quidez longe vite: hi aūt breuis vite alteri ꝑm altera loca distātes: que quidē em̄ ⁊ calidis gentiū ⁊ longiorꝝ vite: que aūt frigidis breuiorꝝ vite: ⁊ habitātiū aūt eundem locū differūt sicr̄. aliqui qui hac dria adinuicē opꝫ aūt accipere qd facile corruptibile in nā cōstantibus: ⁊ quid qd̄ nō facile corruptibile ignis ⁊ aqua ⁊ his cognata non habētia eandē virtutē existūt gnationis ⁊ corruptionis causa alijs itaq̄z ⁊ quelibet aliorꝝ ex his entia ⁊ cōstituta participare horꝝ naturaz rationabile: quecūq̄z quidē cōposita ex multis sunt vt domus: de alijs quidē igit̄ altera ratio. Sūt enīz ⁊ ꝓprie corruptiones multis existentiū: vt sciētia/sanitas/⁊ egritudo: hec em̄ corrumpunt ēt nō corruptis susceptiuis: ꝫ saluatis vt ignorātie quidez corruptio: reminiscētia: ⁊ eruditio: sciētie aūt obliuio ⁊ deceptio: ꝑm accīs autē cōsequunt nālibus que aliorꝝ corruptiones. Corruptis em̄ aīalibus corrūpunt ⁊ scientia ⁊ sanitas que in aīalibus: pp qd̄ ⁊ de aīa rōnabilr̄ quis vtiq̄z ex his. si enim est non a natura: sed quēadmodum scientia in anima/sic ⁊ anima in corpore: erit vtiq̄z ipsius ⁊ alia corruptio preter corruptionē que corrumpit̄ corrupto corpore: itaq̄z quoniaz non vr̄ talis existens: aliter vtiq̄z habebit ad corporis corruptionē. Forte aūt vtiq̄z quis dubitabit rationabilr̄ vtrū est vt incorruptibile erit qd̄ corruptibile vbi ignis surgsum vbi non est cōtrariū. Corrumpunt em̄ que quidez inexistent ꝗrijs ꝗz accidēs: eorꝝ illa corrūpunt. interimuntur enim ꝗria ab inuicē: ꝑm accidens autem nihil

Corruptis aīalibꝫ corrūpuntur ⁊ scia ⁊ ⁊ sanitas q̄ sunt ī aīalibus.

